Sed neque. Actio hypothecaria cōtra extraneos pignorum possessores, intentari nō debet, nisi prius reorū & fideiussorū facultatibus excusis. hoc idem obtinet in oibus creditoribus & successoribus. h. d. & habet tres partes. Nā primō Impar phibet agi hypothecaria cōtra extraneos pignorum possessores, prius quā sit actum personali actione cōtra reū & fideiussor. res. Secundō, permittitur agi hypothecaria ad res fideiussorum: & a quocunq. possessas: & ponitur præcedētium declaratio. Tertiō ponit extēsiō ad oēs creditores & successores. res. Secūda in ver. si neq. Tertia in ver. & non iol. ¶ In glo. quæ incipit scilicet actionibus. no. gl. ibi hoc corrigi. hæc iol. non videtur vera: quia legum correctio est euitanda: vt l. præcipimus. C. de appel. C. de testi. l. sancimus. & sic ille §. intelligitur secundum istum: & quia debitore possidente sine dubio datur electio creditori agat personali vel hypothecaria: vt hoc §. verificū. contra prin. sed ista iol. est contra tex. §. ad hoc. In ea glo. ibi alij dicunt. Istam iolutio. tenet gloss. in lege contraria. sed ista solutio est cōtra textum legis contrariā. ¶ In ea gloss. ibi in fin. istam iol. reprobat, quia licet in contraria fiat mentio de expressa hypothecaria tamen hic nō dicitur, an sit expressa vel tacita: sed generaliter loquitur: & ideo debet generaliter intelligi, vt l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præ. & quod iste §. loquatur etiam in expressa hypothecaria, not. in l. Moschis. in prin. ff. de iure fil. vbi dicit gloss. hodie idem est in expressa hypothecaria quod olim erat in tacita. quare dic qd iste §. loquit generaliter: lex verō contraria loquitur in

¶ Bonis. Adde Bart. etiam in l. si quis instituitur. §. & ideo. de hered. instit. & in l. mutuo. ff. de tutel. & in l. si pupillus. §. fin. ff. de tut. & ra. distri. & in l. ignorare. C. de test. mil. & Spec. in tit. de primo & secundo decret. §. viij. & do. Soci. in consil. xxxi. incipi. prosequendo ordinē. par. arbitror etiam in j. par. te. char. lxxij.

casu speciali, videlicet quando ante litem intentatam contra debitorem debitor alienat: quo casu licet non contrahatur vitium litigiosum, tamen conditio ad omnia trahitur quantum ad hoc ut possessor habens causam a debitore possit conueniri antequam conueniatur ipse debitor, & ista est vera solutio. quare ponitur in aut. hoc si debitor. C. de pigno. in fin. gl. eam tenet Azo in summa de pigno. & Iaco. But. in d. aut. & communiter tenetur per nostros doc. No. gl. ad res ibi: apud eundem esse videtur: & per consequens datur electio creditorum: vtrum agat personaliter contra ipsum debitorem: vel hypothecaria contra depositarium vel como datarium: vt j. in ver. contra principales: & eam tenent. Glof. quid si reali. ibi: personalis sit prescriptum. tu dic claris secundum Iac. de Bel. ¶ qd siue sit prescriptum personalibus actionibus etiam competentibus contra reum & fideiussorem: puta qd simul & eodem tempore ceperunt competere: siue sit prescriptum personalibus contra reum tantum: puta prius incipit competere actio quam intercederent fideiussores: semper debet fieri prelatio actionum realium, & non personalium: quia eis agi non potest quia obstat exceptio, que ex persona rei ad fideiussorem porrigitur: vt l. exceptiones. §. rei. ff. de excep. & non est imputandum creditori si eo casu personaliter non agit: quia iudicium in effectu esset elusorium: quod esse non debet: vt l. si prator. in princ. ff. de iud. de pecu. l. eo tempore. in princ. cum si. Si vero est prescriptum contra fideiussores personalibus actionibus tantum vt prius quareus se obligauit: tunc etiam in subsidium fideiussor conuenitur: & seruatur quod dicitur hic. ita loquitur hęc glo. Ita dicit Iac. de Bel. ponit ergo Ia. exemplum, qd si prescriptio contra fideiussorem personalibus actionibus: puta quia prius se obligauit qd reus principalis. potest etiam poni exemplum, quod si fideiussor sit solus obligatus & non reus: quia prescriptio fuit interrupta contra principalem non contra fideiussorem. Nam interruptio contra principalem facta non inducit interruptionem contra fideiussorem secundum opi. no. in l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de fideiussor. in gl. in ver. etiam pro fideiussore. ff. de sol. licet aliud nota. in d. §. in glo. vtilis. in fin. sed precedens opi. est verior, & menti tenenda. & eam tenent doct. in l. fin. C. de duo. reis. ¶ Quare, pone res debitor est absens nunquid poterit agere contra possessores bonorum? Glof. determinat indistincte quod sic: sicut diximus in fideiussore. Ita no. in aut. hoc si debitor. C. de pigno. & videtur eam tenere doct. ibi. & eam tenet Spec. in tit. de fideiussor. §. j. & hoc ibi not. Iac. de Bel. dicit qd isto casu est dandus curator bonis debitoris absentis qui suscipiat actiones: vt l. ab hostibus. in princ. ff. ex qui cau. ma. l. idem. §. j. ff. de priu. cre. ff. de mu. & hono. l. j. in fi. cum si. Et est ratio differentie inter fideiussorem & extraneum possessorem: quia fideiussor ex suo facto conuenitur. Et ideo durius adstringitur. s. eo. §. prox. Sed extraneus possessor ex contractu & facto debitoris conuenitur: & ideo cum eo mitius agitur: vt C. de conue. ff. de l. j. & de decur. l. j. lib. x. & ista opi. videtur satis bona. Ia. Bu. limitat dictam glo. alio modo videlicet quod non sit necesse agi contra principalem debitorem absentem, adeo quod contra ipsum sententia diffinitiuam feratur: quia fieri non potest lite non contestata: vt l. si. §. illud. s. de tēp. appell. sed bene fertur contra eum quaedam interlocutoria tanquam contra contumacem: & fiet discussio bonorum ipsorum: vt l. presenti. §. j. & sicubi. C. de his qui ad eccle. confu. & ista limitatio videtur satis iuri consona. ¶ In eadem glo. ibi. no. ista, & c. tenet ista glo. qd aliud sit in fideiussore possidente quam in debitore posside

te. Et hanc gl. tenet Ia. de Bel. per hunc tex. quia cum in debitor re iste text. permittat, vt in ver. contra. in presenti. in fideiussore videtur negare: arg. l. cum prator. ff. de iu. §. l. & si sine. §. sed qd Papinianus. ff. de mi. cum si. sed contra no. in aut. hoc si debitor. C. de pigno. qd idē sit in fideiussore possidente, qd in reo principali. & illam gl. tenet ibi Ia. bu. & Cy. & illa videtur verior, cum eadem sit ratio. Erit ergo iste ordo: quia prius agitur contra debitorem principalem reali, vel personali: postea agitur contra possessorem bonorum fideiussoris. Et iste ordo colligitur ex primo. §. & qualiter fiat excusio colligitur scdm Ia. de Arē. ex l. presenti. §. j. & §. sicubi praelleg. ¶ Et inter alios modos secundum eū, tutum est qd fiat discussio, & inuestigatio bonorum per publicum nuntium cui referenti iudex credidit, argu. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de re. eo. & arg. l. ea quidem. C. de accusa. melius in c. cū parati. extra de app. cautela tamen est, scdm eum qd mittantur duo nuntii: quia in ore duorum, & c. vt j. de test. in prin. argu. pro hac opi. j. de defen. ciui. §. ex prouinciali. & C. de bo. vaca. l. si lib. vbi tantum ipsius relatione & c. Et facit qd not. Spe. in tit. de cita. §. sequitur. ver. & no. secundum Vber. §. se. & dicit Iaco. de Aret. esse necesse qd pronuncietur excusio legitime facta per l. tutores. ff. de confir. tu. ibi: idoneis pronunciat is, & c. l. qui contra. ff. de fideiussor. ¶ Quare, si fuit actus hypothecaria contra extraneos possessores non conuenio primo principali reo, nec facta excusio, nūquid valebit processus & sententia. Et videtur qd non: quia perueritur ordo: vt l. prolatā. C. de sen. In contrarium videtur C. de appell. l. j. Et ista vltimam partem tenet Iaco. Bu. Non obstat l. prolatam. quia habet locum, quando peruerit ordo vnius causae ad seipsam: quo casu sententia, & actus, qui sit, non valet: vt ibi. Sed quando peruerit ordo vnius causae ad aliam: vt est in qdōne proposita: tunc talis ordinis peruersio non vitiat processum, vel sententia ipso iure: vt d. l. j. de appell. Ita dicit Iaco. Bu. quare distinctio est gloss. Sed aduerte: quia pro opi. Iac. videtur glo. ordinaria in simili. in l. j. §. nunc tractemus. ff. de tut. & ra. distri. in gl. in ver. qui admittit fraudat. Probatur etiam per rationem: quia iura dicunt qd ex te stamento vnius praposteratio iudicij ad aliud, si non opponatur non reddit iudicium nullum, vt no. gl. in l. j. C. cōt. dicit. ff. de euict. l. si mancipium. §. j. ¶ Quare, quid si debitor celsit bonis, an nulla facta discussione poterit agi contra pignorum possessores. Ia. de Aret. super hoc de facto consultus respondit quod sic: vt no. C. in aut. hoc si debitor. C. de pigno. in vltima q. ¶ Vltimo circa istum. §. not. text. ibi in ver. contra principales. ibi siue ambabus. qd actio personalis & hypothecaria possunt simul in eodem libello intentari in querela & petitione hereditatis in actioe ad exhibendū, vt not. in l. qui de inofficio. ff. de inoffi. testa. & in l. j. ff. ad exhib. & de interrog. act. l. j. ¶ Sed contra istud notabile fortiter opponitur: quia iura dicunt qd quando duae actiones sic se habent qd absolutoria lata in prima parat exceptionem rei iudicate in secunda, non admittit accumulationem: vt ff. de excep. rei iudic. l. si mater. §. eandem. & l. si quis ff. de excep. l. fundum. cum simi. sed actio personalis & hypothecaria sic se habent qd absolutoria lata in vna parat exceptionem rei iudicate in alia: vt l. quod si deficiet te. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Dy. format istud contrarium in c. nullus pluribus. extra. de regu. iur. in vj. & dicit qd ista §. loquitur de cumulatione, quare si fiet ab ipso initio, valet quādo plures actiones simul et semel proponunt: sed in cumulatione, de qua in tractat l. edita. C. de eden. vna actio proponitur post primā. Ista solutio Dy. non videt vera, quia sicut no. admittit cumulatō ex post facto: sic nec ab initio: vt d. l. fundi. & l. fundum quare ¶ Cy. in d. l. edita. dicit, quod hoc est ideo, quia vna actio est accessoria ad aliam, ideo admittitur cumulatō. Ista solutio etiam non videtur vera per d. l. fundi. et l. fundum. vbi actio pro re, & pro fructibus simul proponi non potest. Et si dicatur actio, quare competit pro fructibus, non est accessoria. Respondeo, eadem ratione hypothecaria non est accessoria ad principalem: quia quilibet est actio pro se: quia sicut actio hypothecaria non potest consistere ab initio sine principali: ita actio ex fructibus sine principali consistere non potest. Quare, solue sic iura noua: aut grauant actorem vt prius debeat excutere principalem debitorem super personalia actione, quam veniat ad fideiussorem, vel extraneum possessorem: ideo ne nimium actor differat, voluit hic Imperator exonerare eum in hoc contra regulam cumulationum, vt dicitur de actionibus possint simul intentari. & sic est hic speciale. ¶ Secundo nota

nota text. ibi: vel si quosdam habuit homines, & c. quia iste text. allegatur per quosdam ad quæstionem qd vbi habeo nomen debitoris mei obligatus: quod antequam possum agere contra debitorem debitoris prius debet fieri excusio contra principalem debitoris mei. Tercio nota text. ibi: & quid de hypotheca? res actio. & c. quia alleg. per quosdam ad quæstionem quod si habeo obligatum nomen debitoris mei, quod ipse debitor debitoris mei tenetur mihi actione hypothecaria. de qua quæstio. etiam infra dicam. ¶ Quarto nota ver. contra principalem in eo qd datur electio creditorum agere principali, vel hypothecaria & ipse debitor possidet. ¶ Vterius pro declaratione illius nota qd colligitur ex text. ibi: si quosdam habuit homines. Quare, an sicut contra possessorem rei corporalis non possum agere hypothecaria antequam fiat excusio contra principalem, & si de iussores: ita si volo agere contra debitorem debitoris mei, est necesse qd faciam excusioem contra principalem debitorem: hic text. allegatur per quosdam quod sic. Pro hoc facit quod ordo excusio nis est qd veniatur ad nomina: vt l. a diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudi. Præterea, dicit lex qd fiscus non prius conuenit debitorē debitoris sui, nisi debitor suus non sit soluēdo: vt l. non prius. C. quā do sit. vel prius. & sic debitor debitoris videtur quod demum in subsidium conueniatur. Primo hoc videtur probari per l. hæredem. C. de hered. act. inducendo hoc modo omnia bona mariti sunt obligata pro dote: vt l. j. in princ. C. de rei vxo. act. ergo in generali obligatione veniunt nomina: vt l. nomen. C. quare res pig. oblig. pos. & tamen d. l. hæredem. dicit quod vxor non potest prius agere contra debitorem mariti, qd agatur contra hæredes ipsius mariti. In contrarium videtur per l. creditor. C. de pigno. & per l. qui pignori. ff. de pigno. & istam vltimam partem aliqui tenent ad l. non prius. & ad l. hæredem. respondent quod ibi loquitur in tacita hypotheca. quæstio nostra loquitur in expressa: sed huic text. respondent, quia de ipsa glof. faciunt mentionem. Iaco. de Aret. tenet primam opi. quod sit necessaria excusio: & dicit etiam esse tutius. de quo per eum. & Cyn. in l. nomen. alius dicit de iuris rigore non esse necessariam excusioem: nec ista iura noua induta sunt per hanc constitutionem, quare loquitur de vero possessore reifid. in nomine non cadit vera possessio: vt l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum domi. Non obstat hic text. ibi: si quos habuerit: quia hic loquitur de illis qui sunt accessorie obligati pro principalibus debitoribus. & ita sentit glossa. super verbo, hæres. non autem hic loquitur quando agitur contra debitorem debitoris. Et istam opin. tenet Spec. & ibi ad hanc quæstionem istum tex. allegat in tit. de procura. §. sequitur. ver. quid si mihi obligasti ad quod facit quod ipse not. in tit. de obliga. §. j. ver. seq. eo. tit. ¶ Secundo dicit, quod iste text. ibi: siue hypotheca res actio. & c. facit ad quæstionem quod contra debitorem mei debitoris, qui obligauit mihi bona sua, possum agere hypothecaria. quam opinionem tenet Guli. in l. grege. §. cum pignori. ff. de pigno. & C. quare res pigno. oblig. pos. l. nomen. Sed veritas est qd non agit contra debitorem debitoris actione hypothecaria: sed agitur tantum vtili actione personali, quare ipsi principali debitori competit directa. Istam opinionem tenet Roffr. Iaco. de Aret. & Cyn. in d. l. nomen. Ad hunc text. respondent quod in eo quod dicit hypothecariis actionibus, debet exponi, id est, actio nibus vtilibus, quare possunt hypothecari: sed ista responsio ad hunc text. mihi non placet: quia secundum istam responsonem innuitur quod iste text. loquatur quando agitur contra debitorem debitoris. Sed hoc non est verum: imò loquitur quando agitur contra illum, qui se obligauit pro principali, qui conuenitur actione personali, & hypothecaria: vt dixi supra in prox. quæst. & ideo tenendo opi. prædictorum doctorum, tanquam veram ad hunc text. respondeo, quod nihil facit ad prædictam quæstionem: cum hic, vt dixi, non loquatur quando agitur contra debitoribus. ¶ Quare, an ista excusio, de qua hic loquitur, habeat locum quando debitor non obligauit mihi bona sua. sed habeo ipsum, tantum obligatum actione personali, & postea in fraudem alienat: an debeo prius facere excusioem contra ipsum debitorem, antequam agam reuocatoria contra emporem? Dic quod sic: vt probatur in text. & glossa. in l. j. C. de his quæ in frau. credi. & Institui. de actio. §. item si quis in fraudem. & not. C. de pigno. authentica. hoc si debitor. facit l. igno. ti. C. de his quæ in fraud. credit. & ff. eodem. titulo. l. ait præ

- 1 Creditor inuitus cogitur accipere rem in solutum: & sic aliud pro alio eo inuito solui potest: & quando possit. numero 3.
- 2 Res melior quam habet debitor, datur in solutum creditori, & cogitur eam vendere. & nu. 4.
- 3 Rem suam vendere quando quis cogatur remissiuē.
- 4 Creditor recipiendo rem in solutum, an cogatur recipere pro vera æstimatione, vel quantitate sibi debita.
- 5 Fideiussor quando dari debeat per debitorem creditori accipienti bona eius in solutum: & quare dare teneatur.
- 6 Debitor quando non potest prestare fideiussorem præstabit iuratoriā cautionem.
- 7 Beneficio huius §. an renunciarī possit remissiuē.
- 8 Creditor accipiens in solutum res debitoris negantis se debere quod teneatur fideiubere.
- 9 Campsor, qui pro alio promissit, potest conueniri prius quā principalis.
- 10 Dicitio nec si habet copulā inclusam, & resolutur in ne nō.
- 11 Beneficium cessionis quod non proficit ei, qui dolose dissipauit res suas: & talis carcerari potest.

Quod autem. Si creditor a debitore debitum recipere non valet, compellitur res immobiles meliores in solutionem recipere, subtili earum æstimatione facta, & peremptorie: cum prodita cautela quæ debitori possibilibet est præstare, si nullus emptor apparuerit argentarioum ipsonibus in suo statu permanentibus. hoc dicit vique ad fi. ¶ Nota. ex hoc text. primo, qd creditor inuitus cogitur accipere rē in solutu, & sic aliud pro alio inuito solui. Secundo nota qd datur in solutu melior res, quā habeat debitor, & cogitur rē vendere. ¶ Ad primū notabile oppo. & videtur, qd aliud pro alio inuito credito re solui non potest: vt l. ij. §. j. ff. si cer. per. C. de solu. l. eū a quo. Tu ¶ verò quantum ad propositionē huius, videlicet quando quis debet quantitatē: an possit inuito credito aliquid soluere, videlicet speciem, dic aut debitor potest soluere quantitatē, aut non. Primo casu dic, aut tenetur ad quantitatem simpliciter: aut ratone speciei certæ: si tenetur ad quantitatem simpliciter, non potest aliud pro alio soluere. vt d. l. eum a quo si respectu certæ speciei soluendo speciem liberatur: vt ff. sol. mat. l. i. verò. §. ff. de re iudi. l. mles. §. j. & ff. de leg. j. l. si fundū per fideicommissum. In princ. ff. de do. li excep. l. fideiussor euictionis. Hinc est qd lex dicit, qd ille qui tenetur ad quantitatem ratione certæ speciei, perempta, specie liberatur: vt l. Titia textores. §. ff. de leg. j. l. filiusfamil. §. fin. eod. tit. ff. de noxa. l. electio. §. si is quem. et l. pen. §. j. ff. de rei nauē Saufell. ff. loca. Secundo casu principali quando debitor non potest soluere quantitatem: tunc cogitur creditor aliud pro alio recipere: vt hic in aut. hoc nisi debitor. C. de solu. quare sumpra est ex hoc §. vt j. de ali. & emphy. §. quod autem. posita C. de sacrosanct. eccle. aut. hoc ius porrectum. Nota glo. j. de alie. & emphy. ¶ Circa secundū not. C. de solutu. & ibi per doct. in aut. hoc ius porrectum præalleg. per glo. & doct. ¶ Circa tertium nota. pro declaratione glo. quare incipit, hoc est vendere: an quis cogatur rem suam vendere: vide quod not. Cy. & claris per doct. C. de episc. au. di. l. j. & vide magnam distinctiō. Cy. in l. j. §. cura carnis. ff. de offi. præfec. vrb. ¶ Oppo. dicitur hic, qd creditor compellitur recipere rē in solutu pro vera æstimatione. Contra, imò debet recipere pro quantitate sibi debita, non pro vera æstimatione, vt l. a diuo Pio. §. ij. ff. de re iudi. dicit Iaco. de Bel. hic debitor confitetur: ibi negat. Item ibi illud post sententiā diffinitiuam: hic ante. Sed certē ad id quod dicit Iac. qd illud sit post sententiā diffinitiuā: dic qd etiā post sententiā diffinitiuā iudex potest taxare eadem quantitatē, pro qua daret pignus creditori in solutum, posset etiam creditor, vt quilibet ex nouo admitti ad emendum illa pignora: vt not. in d. l. a diuo. §. ij. & per doct. C. de execu. rei iudi. l. ordo. Quare glo. quare dicit, neq. vlla mobili substantia. Dic vt in gl. & tene secundā opi. & ad l. si quis argen. in prin. Respondeo vt ibi not. ¶ Nota glossa. l. pignori. in fin. & ratio specialitatis in lege ista est: quia cum creditor inuitus cogitur accipere in solutum aliud pro alio, releuatur in alio: vt detur sibi fideiussor, si per debitorem dari potest. arg. l. eum qui. ff. de iureiur. ¶ Et aduerte ad id quod glo. supra dicit, videlicet qd si debitor non potest prestare fideiussor

Cautione. An & qñ iuratoriæ cautioni stetur, vide Paul. de Cast. in d. l. n. d. facit hic alleg. in tex. in l. fideius. s. j. qui fuit. co. & in l. si constare s. quoties. fol. ma. & Bal. in l. j. C. de vfu. & fru. leg. & in aut. euitelictu. C. de indi. vidui & Imol. in d. l. non facile. allega. in text. & doct. in c. j. q. j. in fi. post glo. ibi de dolo & contu. do. So. cin. copiosè. & no. in confi. cccxxi. incipi. cū in præfenti cōsultatione. verfi. primo probatur cū alijs verfi. seq. in h. parte. char. ta. cix. vbi etia no. nū quid iurare debet de credulitate nō inueni re fideiulores vt iuramentum nō sit temerarium veritatis, afferendo qd scire nō potest: & an iurare daber motu proprio vel ad delationē iudicis.

Possit renunciare beneficio celsionis. Adde quod posui in apofitil. ad Bald. post eū do. Barbat. in l. j. nūme. iij. C. de cōue. ff. deb. lib. x. & Ale. confi. xxxj. vol. i. iij.

Dictio nec. Tu vide istum in l. sepe. de verb. sig. & in l. j. s. qd si in patris. ff. solu. mat. & Bal. in aut. cui relictu. ad fin. C. de indi. vidui. collen.

Omnē maculam. An ingressus religionis aboleat ingratiū dntem, vide Guli. de Cun. in l. Deo nobis. nu. ij. & ibi posui in additio ad ipsum in verbo: ingratiūdo. C. de episc. & cleric. Cardin. in cle. eos. q. xij. extra. de regu. & Spec. in titu. qui filij sint legit. verfi. quid si poeniteat.

Citra. Vide plenē do. Felin. in c. licet. in v. col. verfi. not. x. de proba. & in c. quod ad cōsultationē. i. pe. verfi. tertia conclusio de re iudic.

Monasterio: vt patet in §. illud quoque. vt deter. sit nu. cle. inde sumpta occasione sequitur videre de monachis: & monasterium auctoritate episcopi ædificari debet.

Vita monachalis abolet omnem maculam. & nūme. 3.

Monachus perfectus debet esse eruditus diuinis eloquijs.

Infamia facti, uel iuris, an tollatur per ingressum monasterij, seu per poenitentiam.

Ingressus monasterium si ante ingressum commisit peccatum mortale: an pro illo peccato sit sibi poenitentia iniungenda, uel impostante ingressum facere.

Differentia inter masculos, & feminas, remissiuē.

Monachalis vita purgat monachum, et monasterium ædificandum est cum auctoritate episcopi: cum orationibus, & virtute: & monachus post triennium erit ordinandus si reperiat esse vitæ probabilis: nulla ei interim quæstio mouetur: aliter verò nō nisi fuerit absolutus: monacho autem in monasterio delinquente reddendus est domino cum rebus: & monachi debent simul degere, nisi eremita esse velint. h. d. j. Nota qd vita monachalis habet detergere omnem maculam, j. Secundò nota quod ille, qui

vult esse perfectus monachus, debet esse eruditus diuinis eloquijs. Tertio nota solemnitate, quæ adhibetur in fundamento cuiuslibet ecclesiæ. sic j. de eccl. titu. §. si quis autem. vt nul. fabr. orato. do. j. respon. j. Sed ad primum nota. opp. quod vita monachalis non aboleat omnem maculam. nam iura dicunt qd quis potest post poenitentiam de crimine accusari: vt xxxij. q. ij. c. ad monere. & tangitur vj. q. j. c. qui crimen. Solu. quantum ad Deū tollitur omnis macula peccati: vt j. eo. §. si verò intra. in fina. sed quantum ad mundum, & vindictam publicam, non, vt in cōtra. rijs. & not. glo. ff. de test. l. iij. §. Iulianus. C. de nup. l. imperialis. §. j. extra de diuor. c. gaudemus. Nota glo. purgatus. vide istam glo. quæstio not. in l. Deo nobis. §. hoc etiam. C. de episc. & cleric. per glof. ij. & vide quod not. de apo. c. j. j. Et nota in ead. glo. ibi iuris. de hoc, an per hoc ingressum monasterij seu per poenitentia tollatur infamia facti, vel iuris. not. glo. extra. de testi. c. testimoniu. ij. q. ij. c. Euphemium. §. hinc colligitur. & vj. q. j. c. omnes. & c. illi qui tangitur in d. §. Iulianus. & in d. l. imperialis. §. j. j. Quid autē iuris sit, si aliquis ingreditur monasterium, si ante ingressum monasterij peccatum commiserit, an pro illo peccato sit sibi poenitentia iniungenda. not. glo. in c. scripturæ. extra de vot. Item si poenitentia est imposta ante ingressum, nūquid post ingressum teneatur ingrediens poenitentiam impostam pro peccato finire: Dic vt not. glo. xxxij. q. ij. c. ad monere. in glo. ex hoc loco. & xvj. q. j. vbi not. In glo. parua not. hanc gl. quam vide. & not. xij. q. j. c. nō dicatis. & xj. q. j. c. de persona. j. Nota gloss. hic intelligunt ibi inter ista genera: an autem alia sit differentia: dic vt not. in c. statui mus. extra. de maio. & obe.

Sancimus. Nota hunc §. ibi: sed per triennium. vide hic qd no. xvij. q. j. c. j. & liij. dist. c. j. & dicitur regu la apostolica, & ibi canonica: vt de regu. c. ij. lib. vj.

Testis, qui dicit Titium possedisse prope xx. annos, uel circa, quod probet, et referatur ad modicum quantitatem: et probat de decem et octo annis cum dimidio.

Dictio prope, quod refertur ad modicum tempus, puta sex mensium.

Dictio circa, uel citra, quid importent, remissiuē.

Item dictio amplius, et si apponatur in libello.

Dominus si repetit seruum monachum effectum uel pr. elatus aliquem in suum clericu, quis probabit, et coram quo iudice, remissiuē.

Quantum tempus datur domino ad repetendum eius seruum: ubi q. in monacho triennium, et in alio clerico annus.

A quo tempore incipit currere istud triennium.

Si verò intra. Nota tex. ibi. prope xx. & c. nam hūc tex. not. Iaco. de Bel. j. ad testem dicentem, talis possedit prope xx. annos. vel circa, quod refertur ad modicā quantitatem. facit ff. de origi. iur. l. ij. §. exactis. ibi: id quia prope xx. ann. & c. Ad hoc facit quod not. in fi. ff. ex quib. cau. maio. lab hostibus. §. sed quod simpliciter. & latius in l. & si post tres. ff. si quis cau. Quærit ista glo. & dicit, qd talis testis probat de xvij. an. cum dimidio: vt sic dictio prope, vel circa, intelligitur prope, scilicet per sex menses. Et inter alia allegat text. optimum in l. nō tantum. in prin. ff. de excu. tuto. & ibi dicitur, quod proximus perturbati est ille, qui est in xij. an. cum dimidio: & sic est prope. per sex menses: qui tex. est contra glo. quæ dicit quod proximus perturbati est ille, qui excessit decimum annum cum dimidio: vt not. Instit. de inuti. stipu. §. pupillus. Vide circa prædicta quod not. Iac. de Are. C. de inoffi. testa. l. si quis in suo. j. Et de significatiōe huius verbi circa, seu citra, habetis extra de despon. impu. c. continebatur. c. attestations. & c. fi. & ibi not. de dictione amplius. extra. de verb. signi. c. cum inter vos. de dictione vltra not. c. literæ. extra. de dila. Et si ista verba ponuntur in libello, quid operentur: not. in d. c. literæ. & c. cum inter vos. & de similibus dictione. vide Spec. in tit. de despon. & alle. §. post hoc. ver. item clausula. & tene menti. not. gl. quia in fi. pro declaratione huius glo. cui incumbit onus probandi, an domino, an seruo, & corā quo iudice debeat fieri quæstio: & quid iuris sit si prælatu petit alium quem in suum clericum, vel monachum: vel quando quis dicit quem suum seruum, vel ascriptitium: dic vt plenē not. in c. ij. in prima glo. extra de ser. non ordi. & vide gloss. iij. dist. c. frequēs.

Oppo. & videtur, quod domino non datur triennium ad repetendum seruum: sed datur annus. ideo videtur ob stare. C. de episc. & cle. authen. si seruus. Solu. Aut loquitur in monacho, & datur triennium, vt hic: aut loquitur in alio clerico, & datur annus, vt ibi

Et de hac materia plenē nota per Bar. extra. de ser. non ordi. c. ij. & ibi plenius per Inno. Et est ratio diuersitatis inter monachum, & alium clericum, sunt enim monachi in locis secretis: alij clericij sunt in locis publicis. Et ideo datur dominis maius tempus ad reuocandum in primo casu quam in secundo. Ita dicit glo. parua. liij. dist. c. si seruus. & per Inno. in d. tit. de ser. non ordi. j. Quæro, à quo tempore incipit, currere istud triennium; per quod dominus excludatur à repetendo. glo. in d. c. si seruus sciente. xvij. q. ij. c. si quis incognitus. non firmat. Veritas videtur quod istud triennium currit à tempore quo seruus intrat monasterium. nam §. in §. sancimus. dicitur, quod seruus debet stare triennio quod non portet habitum monachalem quo elapso statim sit liber: & debet petere habitum: & sic à tempore quo incipit stare in probatione, videtur quod incipiat currere triennium.

Vita Eremitarum quod sit melior quam monachorum.

Monachus an possit esse testis pro monacho, uel monasterio.

Quis de uniuersitate, uel collegio, quando possit esse testis in causa uniuersitatis, uel collegij, et nu. 9.

Monachus, uel canonicus testificans contra ecclesiam suam an debeat perdere beneficium.

Canonicus in causa sui canonicatus quod possit esse testis.

Canonicus contra alium canonicum pro canonico quod possit testificari.

Prælatu pro sua ecclesia alio agente nomine ecclesiæ quod testificari possit.

Frater minor quod possit esse testis.

Uniuersitas si nihil habeat, an pro ea quilibet singularis uniuersitatis admittatur in testimonio.

Cogitandum. Nota tex. ibi: ab alterutro. hoc est pro habitum sub pena excommunicationis: vt xvij. quæstio. ij. c. perniciosum. Nota tex. ibi: ad meliora videtur hic text. quod j. melior sit vita Eremitarum quam monachorum. j. Nota tex. ibi: sed in communi, & c. quod vnus monachus potest esse testis alij monacho. quod dic vt in glo. in ver. nudo verbo. Idem not. j. de testi. §. si verò dicatur. coll. vj. & c. testi. aut. si testis productus dicatur. & in l. j. j. Videtur ex hac glo. quod §. vnuerfatis. & §. qui manumittitur. inducuntur ad illam partem, quod non possit ferri testimonium, sed alibi glof. inducunt illos, §. pro alia parte, videlicet quod ad testimonium admittuntur & ita nota. in d. §. vnuerfatis. & in l. idonei. ff. de testibus. vbi glossa. in decisione idem tenet quod hic. & eodem modo ibi illos §. allegat. glossa. quæ sunt in omnibus capitulis, quæ infra allegabo: & illa est verior allegatio. Hoc præmissis pro declaratione huius quæstionis dic, aut loquimur de his quæ fiunt extra collegium: aut de his quæ fiunt in collegio: secundo casu potest: vt C. de repu. l. consensu. §. super plagis. & quod habetur in c. tertio loco. de proba. & est expressum extra. de testi. c. veniens. in fi. & vide qd ibi not. primo casu: aut de tali actu, qui affert utilitatem toti collegio in vnuerfo, non in particulari: & tunc potest testificari monachus pro monacho, & contra monachos, & quilibet de collegio & pro collegio & contra collegium: vt d. §. vnuerfatis. & quod ibi not. & d. §. qui manu mittitur. & ita intelligitur quod not. hic: & dicam l. idonei. ff. de testi. pro hoc apparet qd si aliqua vnuerfatis vel cōmunitas possideret aliquid quod affert tantam utilitatem etiam in particulari: puta si aliqua cōmunitates disputat de pascuis & nemoribus, in quibus bestie singulorum depascuntur, singuli ligna incidunt certe tunc testes de illa cōmunitate repelluntur, vt patet ex prædictis. Circa prædicta vide quod not. docto. in l. parentes. C. de testi. per Guli. & Odo. & Iac. But. in d. §. vnuerfatis. & per glo. Inno. in c. cum nunciis. extra de testi. facit ad prædicta. c. ino super. & c. ius. eo. tit. & de iureiur. c. & si Christus. j. Quæro nunquid monachus vel canonicus testificans contra suam ecclesiā debeat perdere per hoc, beneficium. Veritas est quod non: quia cum cogitur testificari contra suam ecclesiā: vt not. in d. c. cum nunciis. non debet suum beneficium perdere. argu. l. qui cum natu maior. §. pen. de bo. liber. & de hoc est gl. in c. veniens extra de testi. ante fi. De ista quæstione an canonicus in causa sui canonicatus possit esse testis. not. gloss. quod sic: quia non dicitur esse domesticus ipsius canonicatus, sed ipsius ecclesiæ: vt nota. xvij. q. ij. c. super prudentia. j. Quærit Iaco. de Bel. an canonicus contra alium canonicum possit alij canonicu suu in te

stem producere. Et dicit qd sic: quia ille canonicus non est domesticus, sed domesticus vnus, quætra alij: & par effectus rationem suspicionis remouet: vt l. non solū. §. j. ff. de ritu nup. & de hoc est glo. in d. c. super prudentia. licet ipse se non alleg. j. Quæro an prælatu possit esse testis pro ecclesia sua: Dic qd sic alio agente nomine ecclesiæ: vt in c. insuper. extra. de testi. de quo vide Inno. in c. præsentium. de testi. lib. vj. Nota glo. ibi: item nūquid. & qd not. §. penul. in titu. de testi. §. j. verfi. sed nūquid rector. in fi. j. Nota in gloss. ibi. §. pen. idem not. in aut. si testis. an autē frater minor possit esse testis. dic qd sic vt est casus in c. nuper. extra. de testi. j. Quæro si vnuerfatis nihil habet, an singularis psona de vnuerfate admittatur in testē. Et videtur qd sic: vt hic cū si. §. alleg. sed veritas est qd nō: quia oportebit imponere collectam: vt sic in cōmuni aliquid habeat vnuerfatis, vt ex ea pecunia possit debitum solui: vt in l. j. §. quibus. & quod ibi no. ff. quod cuiusque vni. & sic patrimonium vnus cuiusque minuetur: & per consequens in propria causa quilibet testificari videtur, vt colligitur ex distinctione s. data. Facit l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. ff. quando appell. sit. l. j. §. in propria.

Res delate in monasterio per ingredientem, an utiāto ingressu remaneant in monasterio.

Monasterium an teneatur tanquam successor pro bonis ingressi, uel tanquam quilibet bonorum possessor.

Monasterium pro bonis ingressi non tenetur, nisi in quantum ad ipsum peruenit.

Si quis autem. qd res debeāt restitui exeunti de monasterio: vt xvj. q. v. c. de lapsis. Sol. not. glo. & docto. in c. quod à te. extra. de cle. cōiug. vide no. in c. ex trāmissa. extra de renū. Nota glo. idem in alijs ibi: quid si nō. Vides ergo distinctionē huius glo. cum qua concor. C. de sacrosan. eccle. aut. ingreisi. & idem not. C. de episc. & cle. l. Deo nobis. §. huius autē. Sed aduerte circa hanc quæstionem multi doct. scribunt: & multæ glo. variant: veritas est qd dicit Pet. de Bel. nam aut ingrediens monasterium ignorabat ingressum nō tenere: aut sciebat non tenere. Primo casu reuocantur bona hoc probatur per l. si pater. & l. nec apud. C. de hære. insti. vbi si aliquis credit aliquē esse fratrem vel filium qui non est, & bona ei reliquerit, illa bona ei auferuntur. Ita & in proposito iste possit reuocare bona, cum credebatur ingressum tenere, qui non tenet. Secundo casu aut de dicitur bona tacite, quia per solum ingressum: & tūc vitiatō expresso vitatur tacite: vt l. iij. §. qui habet. de serui. rusti. prædi. cū simi. aut expressè dicens, dedico me & mea: tunc licet non teneat ingressus, tenet tamen bonorum collatio seu dedicatio. C. si pendens. appell. mors interue. l. iij. licet isto casu intelligat Cy. opi. Pet. dicentis qd quando quis sciens ingressum non tenere, ingreditur monasterium, qd bona non reuocat, quia videtur donare: vt l. j. ff. de cōdi. inde. & l. cuius per errorem. de reg. iur. Ita colligunt ex dictis Pet. in aut. ingreisi. C. de sac. sanct. eccle. secundū hanc distinctionem videtur debere intelligi qd disputado tenuit Ber. in xvij. q. sua quæ incipit, quidam in vita vxo. & vide gloss. extra. de cle. coniug. c. quod à te. & xij. dist. c. penul. & Spec. de sta. mo. §. j. ver. xliij. j. In eadem gloss. ibi: Item nunquid, & c. tenet ergo ista glo. quod monasterium non tenetur tanquam successor sed tanquam quilibet possessor. Alibi gloss. tenet quod monasterium teneatur iure hæreditario vt hæres: & sic tenetur personalibus actionibus in solidum vt hæres. Ita no. C. de sacrosan. eccle.

Non valet. Sed qd a de electioe potestatis p pecunia facta. put fuit illa papa. Alex. vi. die quod de facto eji debet. etc. etc.

niam non valet. Sed contra oppo. secundu Jaco. de Bel. & videtur quod talis electio valeat. vt s. vt deter. sit nu. cle. §. sancimus. & §. hanc quidem. Sol. Ibi fuit in materia: hic in accidenti. Et pro huius materie declaratione dic secundum Jaco. de Bel. Aut est peccatum in forma, aut in materia, aut in accidenti, aut in qualitate, aut in numero. Primo casu, & ipso iure electio non valet. vt s. eo. §. neque vxori. ff. de decu. l. Herennius. Ratio, quia talis electio fundamētū non habet. C. de nu. & actu. l. actuarios. lib. xij. probatur in l. si constat. ff. de app. pel. j. q. j. c. principatus. Ita dicit Jaco. de Bel. De hoc, quando electio sit nulla, non serua ta forma, est casus in c. super eo. extra, de elec. & c. dilecti. & c. quia propter. & c. cum post petitam. & c. Cumana. eo. titu. & not. in c. innotuit. eo. titu. Secundo casu, cum est peccatum in materia: puta, quia in electioe bus ius eligendi non comperit, seruauerūt tamen formam debitam: dicit Jaco. de Bel. q. idem. per eadem iura, & C. de sac. sanc. ecclie. l. decernimus. l. qui neque. ff. de reb. eo. in prin. alleg. dictum Inn. extra, de elec. c. sicut. & c. nihil. Sed de hoc puncto, qua do facta est electio a suspensis, quod elec tio sit nulla. casus est in c. cum inter R. in fi. extra, de elec. & de consue. c. cum dile ctus. & ibi no. vel puto quia fuit facta elec tio a minori parte capituli: vt est casus in c. auditis. extra, de elec. Tertio casu, quando est peccatum in acci denti, puta quod electio est facta per simonia, tunc ipso iure no valet: vt hic, & l. si quenua. C. de epis. & cler. extra, de simo. per totum. Quarto casu, cum est peccatum in qualitate, puta quia in persona electi est vitium: distingue, aut est vitium notorium: & tunc ipso iure non valet electio: sed valet gesta per eum. Al legat ipse l. sed si hac lege. §. patronum. ff. de in ius voc. & de ex cu. tuto. l. idem Vlpianus. §. j. c. si ser. aut li. ad decu. aspi. l. ij. lib. x. de hoc quando vitium est in persona electi, an valeat electio, ha betis in c. cu in cunctis. & in c. cum in veteri. & c. qualiter. & c. in notuit. & c. dudum. extra, de elec. An autem gesta per eum, cuius vitium est occultum, valeant, vel non, recurrendum est ad ma teriam l. Barbarius. ff. de offic. praeto. Ad id quod not. Inno. in c. nihil. extra, de elec. Quinto casu, quando electio est facta vltra numerum: dicit §. sancimus. & hanc quidem electio facta vltra numerum valet, nisi lex vltra procedat annullando vel prohibe do, secundum Jaco. Sed de hoc quando numerus certus est statu tus: & quando quis vltra numerum eligitur, an valeat electio, dic vt habes in c. cum M. Ferrarientis. extra, de constitu. Quarto ro, nunquid preces inducant simoniam. glo. in §. sed neq. s. eo. videtur velle quod sic. De hoc dicit vt no. j. q. j. c. ordinationes. & c. sunt nonnulli. & vij. q. j. c. Moyses. & q. ij. c. in summa. tangit glo. in l. si quenua: C. de epi. & cle. de aeta. & quali. c. tuam. Nota gl. quia cum eis. in fi. Sed certe illa decretalis hoc non dicit, imo idem est de iure canonico, probatur j. q. v. c. presentium. extra, de simo. c. ex tua. cum simi. Quarto, pone q. me electio ignoranter est facta simonia, nunquid Episcopus poterit mecum dispensa re? Dicit vt extra, de elec. c. pe. & j. q. v. c. presentium, & extra, de renun. c. post translationem. & ibi optime glo. j. de san. epis. §. pre omnibus. ff. ad l. Iul. de ambi. l. j.

tradictor non debet audiri: vt l. pen. §. fin. ff. de decu. Sol. Aut co tradictor apparet in initio ante confirmacione, & debet audiri vt hic aut post confirmacione: & non debet audiri: vt legibus contra rijs. Facit extra, de elec. c. licet. & quod ibi habetur. lxxxj. distin. c. si quis sine examinatione. Quid autem iuris si est appellatum: dicit per Innoc. in c. constitu. extra de appel. Quarto, si nullus co tradictor existit, quid debet fieri: Dicit quod ille, qui confirmat, de bet de predictis inquirere ex officio suo. Circa quod vide extra, de elec. c. cu nobis. & q. ibi no. super ver. ex officio. Quod si ob ciatur contra electionem per modum exceptionis: dicit vt no. In no. in c. super his. extra de accu. Quarto, quid iuris hoc casu si ille qui est illegitimè ordinatus, percepit fructus? Dicit per Innoc. extra, de restitu. spo. c. ex literis. & per eum in c. nihil extra, de elec. Nota glo. sed nonne. ibi secundum Ioan. & c. dicit vt per C. de aduo. diuer. iud. l. j. & ibi per Cyn. in ij. q. & in l. si qua per calumniam. C. de epis. & clerif. & in aut. sed nouo. iure C. de pce. iud. qui ma. iudi. & glo. optime in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui not. infra.

- 1 Episcopus quantum tempus possit abesse ab eius ecclesia sine iussu Principis.
2 Literis publicae persone, quando praestetur fides.
3 Literis alicuius priuati quando approbatur.
4 Litera sigillatae quando videantur approbatae.
5 Territorium quod differat a dioecesi.

Et illud. Episcopus extra ecclesiam suam plus anno, aut toto anno morari non debet sine Principis iussio ne: nec potest ad Principem ad urbem Constantinopolitanam sine superioris literis accedere omni occasione remota: poena co tra facientibus imminente. h. d. vsq. ad §. hanc autem de Deo, & delinquet tanto tempore stando extra suum episcopatum: alijs enim delinqueret, nisi ad imperium sit missus. xxxij. q. viij. c. si qs episcopus. Nota ex hoc §. text. q. episcopus non potest abesse ab ecclesia sua sine Principis iussione, nisi per tempus hic inie ritum. Ista materia huius §. plenarie examinatur per glo. extra, vt lit. non contesta. c. quoniam. vers. si verò aliter. & vij. q. j. c. praesentium. Quarto, an episcopus stans vltra tempus possit repetere fructus ecclesiae, quando reuertitur. dicit vt nota. quinquagesi ma distin. c. contumaces. Secundo nota in ver. non autem aliter. quod d. literis publicae personae adhibetur fides. statur enim li teris Patriarchae: & literis Archiepiscopi. Facit quod not. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. vbi stat sigillo episcopi & ibi glo. allegat istum tex. de quo per glo. & plenius per docto. in c. post celsionem. extra, de proba. & vide xj. q. ij. c. curae. & xix. q. ij. c. statuumus. Et vide circa praedicta quod not. glo. extra, de fi. instr. c. ij. in vlt. gl. & q. etia ibi no. Inn. in c. j. e. tit. & spe. in titu. de proba. §. si. vers. x. Quarto, quid de literis alicuius priuati, an eis credatur. Dicit quod aut quærimus de obligatione indu cenda, aut de probatione facienda. Primo casu, aut loquimur in materia, in qua tractatur de obligatione quæ contrahitur verbis, aut consentu. Primo casu, litera nil operatur, vt l. j. circa prin. ff. verb. obli. Secundo casu valent: vt l. j. in fi. ff. de contrahen. empt. Si verò loquimur, an inducatur probationem: tunc aut conti nent narrationem eorum quæ sunt gesta inter ipsas partes, & ino ducunt probationem: vt l. Publica. in fi. ff. depo. & ibi bona glof. gl. qua no. Cyn. in l. j. C. de cofel. in xij. q. Aut continent acta inter alias personas, & non probat: vt l. epistola. ff. de pac. Facit. C. de proba. l. non exemplis cum si. & hoc si litera priuatae sunt appro batae, alijs nil valent: vt l. ad probationem & l. instrumenta C. de proba. Quarto, an eo ipso quod sunt sigillatae litera dicantur approbatae gl. tangit in l. si procuratorem. ff. de procur. & no affir mat do. Iaco. But. dicit, aut litera illa habent sigillum publicum & eo ipso videtur approbatae: arg. l. si qua per calumniam. in fi. C. de epis. & cle. & est text. dixit ipse in c. ij. extra, de iure iur. vult di cere in c. ij. extra, de fi. instru. Aut non habent sigillum publicu, sed priuatum: & tunc aut habent testimonium publicum: & vi dentur approbatae: vt C. de communi ser. ma. l. j. §. sin autem. Aut non habent testimonium publicum, et non videntur approbae, nisi expressè approbentur, vt d. l. si procuratorem. & ita dicit ipse debere intelligi glo. ibi positam. Vltimo vide glof. quod nos & c. quia ponit differentiam inter territorium, et districtum et vi de extra, de rescrip. c. Rodulphus.

Contradicens ordinationi auditur: & ordinatione aliter facta non tenet, & ibi, quan do debet audiri.
Confirmans ex officio debet contra electum de defectibus electi perquirere.
Si contra electionem obicitur per modum exceptionis, quid agendum, remissiuè.
Fructus percepti per illegitimè ordinatum, an restituendi sunt, remissiuè.
Calumniator an dicatur ille qui non probat.
Nota ex hoc §. si quis autem. q. ille, qui contra dicit alicuius ordinationi, debet audiri: & ordi natio aliter facta non valet. Facit ad hunc text. in quantum dicit contradictionem. xxxij. distin. c. iud. Sed contra hoc oppo. q. co

Causa impedites aliquid inchoari, si ex post facto superueniat, an illud destruat, Transiens ad secunda vota dicitur casta viuere. vxoratus quando potest effici clericus, tam de iure ciuili, quam canonico.

Hanc autem de Deo. Clericus ordinatus talis de bet esse, qui sit bonae fama & boni testimonij, & concurrentibus etiā quibusdā q. in epi or dinatione sunt statuta. hoc dicit vsq. ad §. quāta. ibi tractat de se cunda pte rubricę. Nota. ibi, sin aut. q. q. impedit aliqd inchoa ri, ex post facto superueniens illud destruit de quo per Dy. in l. pluribus. §. & si placeat. de ver. ob. & p. eūdē in c. actus legiti. de re. iur. li. vj. Scdo no. tex. ibi: publice a nobis em & c. nā hic text. facit q. transiēs ad scda vota non dicatur castę viuere. Ad idē j. de san. epis. §. clericos ibi: sed castę viuentes aut legitimā vxorē, & c. Sed cōtrarium est veritas, vt dixi s. de nō eligē. secundū cleri hē. §. cum igitur. in fin. Nō obstat iste tex. q. ista dicit rōne cleri corū, qui a matrimonijs dnt se abstinere. Nota. glo. q. nque. in fi. die q. aut loquimur de iure ciuili aut canonico. Primo casu, ille contingatus pot esse clericus in minori ordine, siue sit coniuga tus, siue recōiugatus, i iterū cōiunctus: q. habuit vnā: ea mortua est cōiūctus est aliq. & isto casu nō oportet q. vxor voueat casti tatem: vt j. eo. ver. q. si & lector. & d. §. clericos. de iure canonico hns vxorē nō pot clericari in maiori: de tpe ordi. c. li. vj. & se cū dā illa capitula debet intelligi q. no gl. xxxij. di. c. quisquis. q. tene menti pro appellando quando declinamus forum.

Dictio circa, denotat modicum tempus.
Moniales non possunt in missa seruire.

Quanta igitur. Diaconissa ordinari debet aetate. l. annorū & non minoris aetatis, nisi necessitate imminēte. h. d. vsq. ad §. semel aut. Nota. tex. ibi: circa, & c. q. dictio circa, denotat modicū tps. dicit enim circa l. & alio bi dicit tex. l. vel sexaginta: vt l. nulla. C. de epis. & cle. & tñ ibi fit mētio de pcepto A. p. de quo etiā hic loquitur tex. ibi: scdm di uinas regulas, & c. Circa q. vide Gul. de Cu. in l. & si post. ff. si qs cau. & de hac dictione circa, dixi s. tit. j. §. si verò intra. Nota gl. ordo erat: nec possunt in missa seruire: vt in c. j. extra, de collu. de regen. & de conse. di. j. c. j. in fi. & in c. sacratu. xxxij. dist.

Semel autem. Clericus ordinem susceptum relinque re non debet. h. d. no. glo. sed nunquid idem. sed dicit q. hodie possunt dimittere: vt l. dist. c. discopere.

Altare unum cooperire, & aliud discooperire non est elemosyna.
Publicum dicitur, quod est propositum in porta alicuius ecclesie.
Praeconia quae fiunt per ciuitates dicuntur publica, adeo quod nulli liceat ignorare.

Sed neque. Nota. tex. Not. gl. hic fume ar. q. nō est elee mosyna, vnum altare cooperire, & aliud de tegere: vt hic, & j. q. j. non est putada. & xij. q. ij. c. iniustum. facit l. si. circa finē. & ver. exceptis. C. q. pot. in pig. ha. Scdo no. i ver. illorū. q. illud q. ponit in porta alicuius ecclesie dicit tūc etiam publicū, adeo q. nulli liceat ignorare: vt hic scripta exemplaria. Facit l. pupillus. §. si. ff. de autho. tu. q. facit ad praconia, q. quo tidie publice fiunt per ciuitates q. nulli liceat ignorare. Facit ex tra de postu. praelat. c. j. & lxxxij. dist. propositum. In contrarium facit l. si. de decre. ab ordi. fac. Et dicit vt ibi. vide extra, q. ma. acc. pol. c. si. de qua q. stioe per Odo. ff. si qs ius dicē. nō ob. in. fi. j. co.

Collatio secunda.

De non alienādis aut permutādis rebus ecclesiasticis. Ru.

Reditus annui quod computantur inter immobilia.
Habens annum reditum tanquam possidens immobilia, an relectur ob hoc a presta tione cautionis de iudicio fisci.
Oeconomus emendando damnum ecclesie, an euitet poenam de positionis.
Notarius consciens instrumenta super alienatione rerū ecclesie perpetuo exilio datur.
Notarius delinquens in officio, an prohibeatur illud perpetuo exercere, remissiuè ad gl.
Emens rem prohibitam alienari, quando recuperet pretium, & quando illud perdat.
Actio iudicatur mobilis uel immobilis, secundum rei qualitatem quae in ea deducitur.
Contractum suum quando quis uenire possit.
Adreuoacantium alienationem factam de rebus ecclesie, quilibet etiam ultra praelatum proprium admittitur.
Res ecclesie alienata, an possit ea iniusta aliquis petere eam reuocari.
Oeconomus, qui rem alienauit, quando possit admitti ad alienationem ipsam reuo

Debet. vide Feli. in c. de monialibus. de sent. ex com. post prin. ver. opponitur. de auth.
Dicit meli. Facit tex. in l. sed & si pupillus. §. proscrivere. ff. de insti. quem voluit Bar. alleg. Ale. Losæus.
Pretiu. Tu ad huius articuli decisionē vi de copiose, & not. do. Feli. in c. causam. qu. de re iudi. in vi. col. in princip. vers. ad illud mira bile.



paratione fiat plena probatio probetur hic, per hunc text. aliter q ipse probat. Nam hic dicitur q sola comparatio literarū tabellionis non sufficit: ex alia comparatione, & comparatione literarum testiū subscribentium, & contrahentium, vna quaedā vndiq; colligitur, & efficitur fides. quasi dicat licet sola comparatio tabellionis literarum nō sufficit ad plenam probationē: tamen iuncta cum alia, scilicet comparatione literarum testiū subscribentium, & contrahentium omnia ista simul faciunt vnā fidem, & vnā probationem, scilicet plenam: vel possumus dicere quāta fides imponatur ex tali cōparatione iudicis relinquitur arbitrio: vt no. glo. in d. l. cōparationes. super verbo, literis. Et pro hac opi. facit tex. in §. si verò moriantur. ibi, & omnino si putauerit, &c. f. eodem. & sic videtur, ponere in arbitrio iudicantis quanta fides imponatur per cōparationem, de qua hic loquitur. nam ille §. si verò moriatur. loquitur propriē. §. si verò tale aliquid. parum facit: dicit tamen Iac. de Bel. q relinquitur iudicis arbitrio, iudex debet esse arbiter adhibendo plenā fidem sed praecedens opi. q inducatur plena fides, videtur optimē p̄bari in §. si verò nullus. ad tex. §. si vero moriantur. ibi: & omnino si putauerit, &c. respōdere potes exponendo literam prout exponit Iaco. de Bel. Quāro, pone q aliquis de longinquis partibus inducit instrumentū in publicam formam: & vbi producit instrumentū, negatur illud instrumentum, ita q est opus decurri ad comparationem, cum sit de longinquis partibus: quid iuris sit, & quomodo consulatur producenti instrumentū. & videtur q sit recurrendū ad comparationem aliās instrumentorū non credatur: vt s. eo. §. si verò moriantur. & §. si verò nullus. Istam quāstionē formant doc. in l. cōparationes. C. de fide instr. in vj. q. & dicit q glo. in d. §. si verò moriantur. tenet, q isto casu stetur instrumento. & hoc dicit gl. hic tenere per l. ij. C. quemadmodum testa. ape. quae hic non reperitur: nā hic non est alia gl. nisi gl. super verbo, pro se: quae dicit in dubijs stari publico instrumento: quod est verum, quando non reuocatur in dubium: quia tunc recurritur ad comparationem. vt habes in text. vt s. dixi. Sed illud quod dicitur doct. reperio tenere Azo. in Summa eius titu. §. sed quid si profertur. & dicit hoc expeditum per d. l. ij. C. quemadmodum testa. ape. de qua quāstione vide Spe. in tit. de instr. edi. §. restat. ver. sed quid si producit. vbi Spec. allegat dictum Azo. Iac. de Bel. format etiā hic istam quāstionem: post multa tenet q si per tale instrumentū modicū ius auferatur: tunc ei non statur, sed fieret comparatio: vt in §. si verò moriantur. & in §. si verò nullus. inducit pro hoc quod tangitur in c. j. extra, de clerici. peregr. ¶ Quāro: pone q ille nō negat instrumentum, sed dicit illum, qui instrumentum scripsit, nō esse vel fuisse notarium, vel tabellionem: quid habet probare producentis instrumentū. Dic vt no. per Inno. in c. j. extra, de fide instr. & per Spe. in titu. de instr. edi. §. restat. ver. quid producit & ver. & scias. & ver. illud autē. & ver. seq. ¶ Quāro per quem fiet ista comparatio. Dicunt quidam q iudex committet inspectori perito: & eius stabitur relationi. Vel dicit glo. q ipse iudex debet hoc inspicere: vt s. eo. §. oportet. tamen debet secum habere scriptorem peritum. Et sic patet ex hac glo. q comparatio literarum debet fieri corā iudice. Et hoc dicit doc. esse tutius ipsi no. in d. l. cōparationes. & §. de tabellio. §. nos autem. ¶ Vltimò in §. q si tabellio. no. glo. super ver. defunctus. ex qua no. q si tabellio est effectus infamis, & instrumentum etiam factum per ipsum neget manu sua scriptū, q ipse non poterit testificari. Ita dicit hāc glo. in fine. facit ad id quod habetur in simili per gl. & doc. in l. j. C. de test. quod no. Azo in Summa de testa. or. circa fi. ¶ Venio ad verlic. de quibus. & quāro de intellectu huius ver. dic vt in gl. quae dicit quod in tali insinuatione vel publicatione nō est opus testibus per l. in donationibus. C. de do. & vide qd ibi no. glo. & doc. & de ista publicatione vide Innocen. in c. fin. extra, de fide instr. & Spec. in tit. de instr. edi. §. ostenso. verli. & quoniam. & no. totam glo. quae quārit, an talis insinuatō fieri poterit post litem contestatam, & quid operetur.

Tabellio quod non computatur in numero testiū in instru a mēto requisitorum.

Oportet. Contractus celebratus in scriptis ab imperito literarum in ciuitate, & vltra libram auri quinq; testiū & tabellionis solennitate indiget: cōtractus verò sine scriptis: vel librā auri non excedens, vel in vlla factus minori indiget solennitate: his obtinentibus in fut. iuris casibus, non praeteritis. h. d. ¶ Nota ex hoc §. cum sua glo. super verbo, inter quos in fi. q par est conditio quo ad numerū testiū instrumento adhibendum inter multū sapientes, vel parum scientes. ¶ Secundò no. casum, in quo requiritur q testes noscāt contrahentes. de quo habuistis in §. si verò absunt. & ibi dixi. s. de hær. & falc. ¶ Oppo. dicitur hic, oportet verò &c. & sic innuit q quis de necessitate cogatur tantum apponere solennitatem in instrumentis. Nam verbum oportet, inducit necessitatem: vt l. j. C. de le. Sed hoc videtur falsum: vt s. eo. §. si tamē quisq;. Huius timore facta est gl. super verbo, oportet. Et sic vides per istum tex. cum gl. q verbū oportet, de sui natura necessitatem importat: sed ratione subiecte materiae necessitate non inducit, scilicet q aliquando aliquid est, q de sui natura non importat necessitatem, aliquando necessitatem inducit, vt s. ti. j. §. q si mobilis. super ver. licebit. ¶ Quārit gl. quae est ratio quare plures testes requirunt cū contrahit imperitus literarum, quā qn cōtrahit peritus literarum. Et dicit q hoc inducit in fauorem imperiti, ne decipiat. Et istam opi. firmat gl. in aut. sed nouo iure. hic sumpta. C. si cer. peta. Sed Cy. ibi dicit, q vera ratio est: q imperiti literarum de facili denegāt quae in instris cōtinent. & essent quasi inconuincibiles: nisi tanta solennitas seruaret: vt s. de tab. §. in fi. Dic hāc veram esse rōnem: gl. or. hic super ver: quin testes. quā tene mēti. ¶ Quāro, an in numero quinq; testiū numeret tabellio. R̄n. hoc casu in numero testiū nō rōputat. Et hoc expressē v̄ velle tex. hic, in prin. dū dicit, & testiū. ideo & tabellionis adhiberi. & sic copulatiuē dicit de vtroq;. Numerus autē testiū declarat, vt sequit. Et hanc opi. tenet Iac. de bel. & gl. in aut. sed nouo iure. & Azo in Sum. si cer. pet. §. item & in mutui datione. Sed praecedens opi. videt mihi verior. per hunc tex. vt s. dixi. facit ad praedicta quod dixi s. eo. §. sed instrumenta.

Testes quot requiruntur in contractu ab imperito contrahente: & quot quando peritus contrahit.

Contractus in scriptis quando fieri dicatur. remissiuē.

Vt autem. In hoc §. est vna gl. super ver. sancitum est. q distinguit, & ponit omnes casus huius tit. vncq; ad fi. & clarius quā ponat tex. cū hac gl. cōcor. quod no. glo. in d. aut. sed nouo iure. & Azo. in d. §. item in mutui datione. & q no. gl. in d. l. cōtractus. C. de fide instr. ¶ Sed circa hāc gl. aduerre ad duo. Primò, quia gl. in certa parte videt mihi corrupta, & p̄ errorē scripta, videlicet in ver. sin autē ponas, lbi: siue in ciuitate vel nō, vltra vnā librā auri. Nā illa verba iudicio meo debēt vacare, tanq; errore scripta. Nā si nō est in ciuitate cōtractū, & tūc vetera iura seruantur: vt hic, in §. hāc autē. quae vetera iura sunt, vt duo testes sufficiāt, nisi cōtractus si supra librā auri: vel l. fi. C. si cer. pet. & no. s. proximi in gl. Itē q dicit gl. vel nō, vltra vnā librā auri, adhuc malē dicit: quia qn cōtrahit in libra auri, tūc indistincte duo testes sufficiūt. & patet in primo mēbro distinctionis huius gl. vt probatur in §. vt autē. s. eo. & sic ista verba, debent vacare. Et ad illa verba gl. q dicit, si autē ponas q vnum horū defuerit vt quia à perito cōtrahitur, subaudiā in scriptis, vel sine scriptis Et q dicit vt cōtrahat, subaudiā sine scriptis: fuit tñ cōtractus factus in ciuitate, & vltra vnam libram auri. & hoc modo ista glo. procedit, & concor. cū alijs gl. s. alle. aliās esset falsa, vt dixi. Secundò, ad hanc glo. aduerre, quod vbi cōtractus esset factus vltra libram auri, & in ciuitate, subaudiā à perito, in scriptis, vel sine scriptis, vel ab imperito sine scriptis: tunc est distinguendum

1 Testium numerus adhibendorum in instrumento par est conditio, vel quod multum sciunt, vel parum.

2 Testes quando debeant cognoscere contrahentes. remissiuē.

3 Verbum oportet, ratione subiecte materiae inducit, & non inducit necessitatem.

4 Maior solennitas requiritur, quando imperitus literarum contrahit, quam quando peritus. & ibi rationem assignat.

Alijs de longinquis partibus. Adde Georgiū Thomasiū cōl. suo vlt. indubitat in instrumento in longinquis partibus. ad ii. vo. v. ¶ In c. j. Et ibi vide quae ad hoc habetur p̄ Inno. & adde Car. in cle. j. in ij. q. de p̄cur. & Ioan. de Imo. in d. e. j. & Lanfrā. in c. qm cōtra. de pba. iij. col. & Iac. de pra. in l. si procuratorem absentē v. col. in fi. ff. de procu. & Perr. de Su. in aut. & si cōtractus. C. de fide instr. & Sali. in d. l. cōparationes allega. in tex. & do. Alex. de Imo. in l. Harennius. ff. de decur. & vide Paul. de cast. l. scriuarios C. de test. m. ii. & in consi. c. iij. & Fran. Tigri. in consi. incip. factū tale est quidā promissit. & nor. per do. Feli. in c. j. de fide instr. in v. colū. circa mediū. ibi & adde. ¶ Vt l. j. Et ibidem adde ad hoc etiā bar. & in l. pe. ff. de ali. iudicij mu. cau. fact.

In contractu. Et ibidem vide omnino Bal. in vj. col. in ver. sed hic queritur...

aut sit priuata scriptura: & tunc dicit glo. q. forte sufficiunt duo testes cum tabellione...

Hac constitutio interpretatur priorē constitutionem de his qui ingrediuntur monasterium, &c. Rubrica.

Dictum. Est. s. in titu. de monachis. s. illo lud. quod ingrediens monasterium, se & sua dedicat deo...

Utr non luxurietur cotranatur. Rubrica. Iurare per membra Dei quod non liceat. Blasphemare Deum dicitur, qui iurat per eius membra...

Pœna peccantis contra naturam que sit. remissiuē. Iurare quod liceat per Deum, & per ecclesiam, & per crucem, & alia.

Mnibus hominibus. Peccata contra naturam & blasphemiam contra Deum, & iuramenta per membra Dei, per hanc legem prohibentur...

hic quero, per q. licet homini iurare. Respondeo per ecclesiam, & per Deum: vt s. iusu. q. præstatur ab his. in prin. C. de epi. & cle. aut. sed iudex. xxij. q. j. c. considera. & c. si aliqua. & lxij. dist. c. ti. bi domino. & per crucem, & alia quæ habes extra de iure iur. c. & si Christus. & licet. in gl. super verbo, creaturā. & sup. verbo, testis. ¶ Sed aduerte, q. licet quis nō iuret per illū modū per quē debet tamē ex illo iuramento obligat: vt probatur in text. dicit. c. & si Christus. & licet. ver. & quāuis. & xij. q. ij. monemus. & in eis no. que tene mēti ppter l. nō erit. s. diuus. secūdū vnā lect. s. sed & si qs. de iure iur. ff. ¶ Quærit ita. de Bel. an cōmittēs crimē cōtra naturā possit testari. & dicit et nō. De quo dicit, vt hic per eū. Debet em̄ intelligi qm̄ non fuit de crimine dānatus: al̄ si esset dānatus, cōdēnaret ad mortē, vt l. eius q. vsq. ad fi. ff. de testi. & q. dānatus p̄ tali crimie nō possit testari, no. Spe. de instrumē. ædi. s. cōpen diosē. ver. xij. ¶ Quæro, que sunt ciuitates que perierunt. Dicit vt habes de excel. præla. clerici. & de pœni. dist. j. c. sed cōtinuō. Vltimō signa gloss. & iuxta. & no. de ver. iuxta. & habuistis s. de app. & intra q. tēpora app. debeat. s. ad hæc. colla. iij. & ibi dixi.

Utr liberti de cætero &c. Rubrica.

- Omne datū optimū, & omne donū perfectū, desursum est a deo. Manumissus efficitur ingenuus & consequitur ius aureorum annullorum. Concesso aliquo, ea omnia concessa uidentur, que illud ad pleni faciunt. Ius patronatus ex datione libertatis non perditur. Opera obsequiales que dicuntur remissiuē. Patronus equalis patri dicitur. Manumissor debet esse maior manumisso xviij. annis. Cause ex quibus quis in seruitutem reuocatur que sint remissiuē. Donatio ex quibus causis reuocetur: remissiuē. Filij patroni primi gradus q. habent ius reuocandi in seruitutem. Patronus, an reuocet in seruitutem filios liberti, propter ingratitudinem per patrem commissam. Liberti ecclesie ob ingratitudinem, an reuocentur in seruitutem, remissiuē. Manumissi an probata ingratitudine dicantur in seruitutē reuocari ipso iure, ubi q. per sententiam iudicis officio.

Perfectis. Si dominus seruū qm̄q. manumittit, cū uē Romanū denunciat, & qs ius annullorū aureorū, & regenerationis ex ipsa manumissione manumissus consequitur patrono iure manumissionis per omnia reseruato: nisi ab eo fuerit remissum: tunc enim ius patronatus in hoc sibi reseruatur, vt ei reuerentia habeatur, & ex certis ingratitudinis causis licet in seruitutē reuocare. Itē liberti & libertæ pro ingenuis quod ante nuptias reputantur: & si dominus cum propria serua matrimonij interuentibus de talibus instrumētis cōtrahit: ipsa & ex ipsa nati liberti efficiunt. h. d. ¶ Not. q. omne datū optimū, & omne donū perfectū desursum est a Deo & c. & est tex. j. q. ij. c. quā pio. & per gl. l. nā & De motheses. ff. de legi. ¶ Secundō no. ex s. quoniam. q. ille qui manumittit, efficitur ingenuus, ideo q. ius annullorū aureorū, & regenerationis consequitur ex ipsa libertatis datione. Ex quo text. cū gl. nota q. cū aliqd cōcedit, & illa cōcessa uident, quæ illud ad pleni faciūt. & alle. gl. bonas leges, maxime l. si quando. C. de de ho. va. lib. x. & quod ibi no. ¶ Tertio nota q. per hanc dationē libertatis ius patronatus nō perdit, nisi expresse remittat: tunc enim solū reuerentia, & ius reuocandi in seruitutē certis ex causis patrono reseruatur. ¶ Quarto nota tex. ibi: & hoc q. vocat, & c. Ex quo habes quæ dicantur operæ obsequiales, quod facit p̄ matrimonio. l. si non sortē. s. libertus. ff. de condi. inde. ¶ Quinto no. tex. ibi: qui æqualis. q. patronus dicit æqualis patri. ¶ Quæro, dicitur hic in prin. nō locis. nō atatibus. qd vult hoc licere: Dicit vt no. gl. super verbo, atatibus. In sti. de liber. s. libertino. Sed quod dicit glo. q. requirit q. manumissor sit maior xvij. an intellige vt no. gl. in s. sed cū liberta. In sti. ex qui cau. ma. licet. vide j. vt spō. lar. s. j. ¶ Quæro, vides hic certis causis fieri posse reuocationem in seruitutē: licet sit remissum ius patronatus: quæ sunt hæc causæ: dicit vt in gl. super verbo, resti. quā no. & tene mēti. Et vide q. no. in l. ij. C. de li. & eorū lib. & vide ibi. ex qui cau. donatio reuocatur quæ causæ ponunt, C. de reuo. do. l. fi. & extra de dona. ca. fin. & ibi bona gl. ¶ Quæro, hic dicit q. filij patroni habent ius reuocandi in seruitutē: de quibus filijs loquitur hic: Rñ. de filijs primis gradus: vt l. sciendū. s. itē in lege. ff. de verb. signi. & ibi not. in l. pe. C. de li. & eorū libe. ¶ Quæro quid econuerso: an patronus possit reuocare in seruitutem filios liberti propter ingratitudinē commissam

ne commissam per patrē: Dicit vt no. gl. l. fi. C. de li. & eorū lib. & in c. ij. extra. de reb. eccle. non alie. ¶ Quæro, qd de libertis ecclesie cōmittētibus ingratitudinem: Dicit vt habes xij. q. ij. c. octaua dist. c. iij. & de dona. c. fi. ¶ Quæro, an eo ipso q. est probata causa in gratitudinis, isti manumissi sint reuocati in seruitutē ipso iure p legem, absq. iudicis sententia. Iac. de Bel. hic videt vel q. sic: & isti sunt dānati ipso iure per legē, eo ipso q. corā iudice est probata causa ingratitudinis, & anteq. iudex sententiā ferat. Et p hac opi. facit tex. dicens in ipsum primo restitutum habitū. & quod no. sequit tanq. indeuoti, ingratiq. cōiucti, & a lege dānati. & c. Alij dicunt, q. reuocantur in seruitutē per iudicis officij, & per eius sententiā causa approbata ingratitudinis: vt l. j. & pe. C. de lib. & eorū libe. vt scilicet hæc lex intelligat secundū illas. Nam per posteriores leges determinantur aliquando priores. l. nā & posteriores. ff. de legi. l. sciendū. qui satisda. cog. coniuncta aut. offeratur. & qd in eis no. C. de lit. cōtest. & sic velit iste tex. dicere q. facta probatione ingratitudinis reuocantur, & restituantur ad primū statum seruitutis, per iudicis sententiā, & eius officium tanq. dānati. & ista opi. mihi plus placet quā præcedens. & ex hoc s. sumitur authentica, sed hodie. C. de iure au. annu.

Si quis. Ex isto. s. sumitur aut. sed nouo iure. posita sub l. vxorē. C. de nup. & corrigi ista lex & similes dicētes positū in dignitate non posse libertam in vxorem accipere.

Apud quos oportet monachos causas dicere. Rubrica.

- Iudices ciuiles non possunt esse iudices in causis monachorum, & monialium, sed episcopi. Episcopi debent scire leges ciuiles, & quo modo. Leges ciuiles etiam in foro ecclesiastico seruari debent, & qualiter remissiuē. Cause monachorum debent accelerari, & sacerdotiliter, & honeste expediri. Ratione delicti commissi in personam ecclesiasticam, quis efficitur de foro ecclesiastico. Dispositio huius constitutionis habet locum tam in causa ciuili quam criminali. Libellus in casu huius constitutionis qualiter formetur, & quis citabitur, remissiuē. Monachus pro quibus causis conueniri possit. Monachus quando possit agere etiam de iure Canonico.

Rem cognoscentes. Monachi & moniales pro causis eorum coram episcopo debent cōueniri, qui disponere debet an per se, vel alios debeant respondere, & secundū legem, & sacras regulas debet cognoscere & iudicare: ciuiles autem iudices talium causarū cognitionem non habent pœna contra facientibus imminente. h. d. ¶ Nota j. ex ista constitutione, qd iudices ciuiles non possunt esse iudices in causis monachorum, & monialium, sed episcopi. ¶ Secundō nota q. causa fit cū monacho, & libellus de eo. ¶ Tertio nota q. episcopi tenentur scire leges ciuiles, cū secūdū leges ciuiles debet iudicare: vt hic. de quo no. per gl. C. de epi. & cle. l. repetita. q. qualiter sit intelligendum q. episcopi debeant scire leges. tangit Iac. de Bel. hic, & doct. i. auf. causa quæ fit cū monacho. C. de epi. & cle. hic sumpta. dicā in s. si verō pro crimi. j. de sanc. epi. vbi glo. tangit. ¶ Quarto nota q. leges ciuiles debent seruari in foro ecclesiastico de quo dicit vt in c. j. extra de ope. noui nunciā. & ibi per doc. & vt no. gl. extra de reg. iur. c. ij. lib. vj. & vide quod ibi tangitur extra de arbitr. ca. ij. ¶ Quinto no. in ver. sed etiam. q. causæ monachorum debent accelerari, & honeste, & sacerdotiliter expediri. ¶ Sexto no. in ver. executores. q. ratione delicti commissi in personam ecclesiasticā, qs efficitur de foro ecclesiastico, vt hic. de quo per gl. in auf. itē nulla cōtas. C. de epi. & cle. & ibi per doct. in d. auf. causa quæ fit cum monacho. dicam j. de sanc. epi. s. omnibus aut episcopis. ¶ Quæro, an hæc constitutio habeat locū in casibus ciuilibus, & criminalibus. Dicit Iaco. de Bel. quod sic. ¶ Dicit enim ru. causas dicere, & in nigro, in pluribus locis idem dicitur. Item in pri. dicit, si quidem & c. sic sequitur tam in criminali quam in ciuili: arg. eius quod no. in l. caulas. C. de transca. & in l. j. s. j. ff. de testi. facit extra, de ver. sig. c. ex parte. ¶ Quæro, quis citabitur, & in cuius persona concipitur libellus. ¶ Dicit vt in gl. hic super ver. in terpellet. & in d. auf. causa. & j. de sanc. epi. si quis contra aliquē. ¶ Quæro, de qbus conuenitur hic monachus. gl. j. in d. auf. cā. tā gis, & ibi latius per doc. no. j. de sanc. epi. s. p̄ uiderē. ¶ An autem monachus agere possit. Glo. super dicto versu. interpellet ponit hic. & in d. auf. causa. Quid autem iuris sit de iure Canonico, an monachus agere possit, & conueniri: & an ratione delicti possit

accusari. Dicit vt xij. q. j. c. expedit. ¶ Itē q. a deliquit, vel etiā cōtrahit: an conueniatur ipse vel ecclesia? Vide q. no. xj. quæstione. j. ca. de persona. Et de hoc an monachus, p b delicto ab eo commissio ante ingressum, si ue post ingressum, conueniatur, no. Spe. in titu. de reo. s. j. ver. sed an monachus. & ver. sed nunquid. Et circa omnia prædicta vide Spe. in tit. de statu mona. in prin. & q. nota. Inn. in c. j. extra de re iud. & Spec. in titu. de actore. s. i. ver. item excipitur. ¶ Quæro, posito quod libellus possit fieri contra monachum, quis respondebit pro eo. Glo. hic super per d. ver. interpellet. & in d. auf. causa. dicit q. Abbas, syndicus, vel œconomus. Dicit vt in gl. sed Iac. de Bel. dicit, & bene iudicio meo, q. episcopus debet disponere qualiter debet responderi, an per se, vel per alios: vt patet in s. ij. ibi: ille verō mittat, & c. & patet hic in rubri. huius tit. & j. de sanc. episcopis. s. monachis. in prin. ¶ Quæro, an cōtra collegium possit libellus concipi nomine monachi. Dicit gl. hic & in d. auf. causa dicit quod sic. Iac. dicit quod ille. s. contrariū ostēdit de hoc an ille. s. probet, dicam ibi. An autem monachus possit iurare de veritate dicenda? Dicit gl. hic, & in d. auf. causa, dicit quod sic. de quo per gl. in l. ij. s. quod obseruari. C. de iura ca. An autē sua responsio debeat nocere ecclesie, vel Abbati? Dicit vt no. gl. in c. dudum extra de elec. ¶ Quæro, an iurabit de calumnia monachus. Dicit glo. hic dicit quod non. sed Iac. dicit quod si monachus est in iudicio per se, & suo nomine causam agit, ipse de calumnia iurabit, cū tunc sit tanq. principalis persona in iudicio: vt s. monachis. j. de sanc. epi. Nec obstat quia monachus nihil habet: quia paupertas non excludit iudicium, licet quantū ad executionem sententię iudicium debilitetur: hinc est q. inops condemnatus, in carcere detruditur: vt l. j. C. qui bo. cede. pos. ¶ Quæro, nunquid monachus potest conueniri? Et pone q. sententia lata est, in quibus rebus fiet executio. Hanc q. format glo. in s. si quis cōtra aliquē. j. de sanc. episcopis. ¶ Quæro, quid de monachis exemptis, sub quo conueniuntur. Dicit in gl. super d. ver. interpellet. in fi. & in d. auf. causa q. sub Papa. De quo dicit vt in gl. vj. q. iij. c. placuit de priu. cleri. c. tuarum & per Inn. eo. ti. c. re. cepimus. & c. ex ore. & vide q. habes hodie in c. j. de priu. li. vj. Quæro in hoc s. pen. dicitur hic, de cautela iudiciorū, & c. ¶ Qd vult hoc dicere. Dicit vt in gl. super ver. cautela. et no. fi. glof. vbi dicitur, q. quidam dicunt, q. hoc casu debet recipi pignus. ¶ Quæro, an iudex per se in decem libris auri, et officiales in alijs decem cōdēnabuntur. Gl. tangit in d. auf. causa. Dicit vt ibi per doctores.

De quaestore. Rubrica.

- Domini agriculturalium sunt constituti iudices a lege inter suos agricolas. Iurisdicatio inferioris deuoluitur ad superiorem, si inferior negligit uel denegat facere iustitiam. Baiulus non citat aliquem ad iudicium sine præcepto. Falsam ambulationem faciens qualiter puniatur, remissiuē. Validi & potentes quando compellantur ad aliquam artem exercendam.

Utrum dei. Officium quaestoris in inquirendis personis in vrbe Constantino politana manentibus consistit: & inquiritur qui sint, & vnde venerint: & qua occasione: & cuius sunt vitæ: & si Constantinopolitanæ ciuitatis sint ciues. eorum casus, & negotia, celeriter expedire, extraneos ad suas prouincias: cum suis bonis remittere, & alios expellere, & validos & potentes operari facere, exceptis omnibus infirmis corporis, quæ dimitti debent, pœna cōtra facientibus imminente. Nota versu. si verō forsan. secundū Iac. de bel. ¶ q. domini agriculturalium sunt constituti iudices a lege inter suos agricolas: vt patet i d. ver. & sic est arg. secūdū eū q. dñs inter suos vasallos sit iudex. de quo in x. col. de proxi. feu. alie. per Fede. c. vnico. s. penul. Sed certē iste tex. non videt hoc pbare. Nam illa verba, qui a nobis statuti sint iudices, & c. vident debere referri ad verba auditors litis, q. præcedunt, vel ad verba quæ ibi sequuntur, ipsi adhuc differant, & c. cū enim in ver. si verō forsan. ad resutationē dicatur de agricolis, qui cum dominis contendunt, non debet esse dominus iudex in causa propria: vt l. j. C. ne quis in sua cau. Nam si dominus contendit cum feudatarijs suis non cognoscit de

- a **Præcepto.** Adde Fel. in c. de iud. inv. col. statim post mediu. vbi plenè. & no. do. Ale. de Imol. in l. sciendū. de ver. obli. & in l. si noie. ff. d. fal. si. nisi cōsuetudo sit in cōtrariū: vt ibi. & Bald. in l. si qñ. C. de testa. & adde Io. de Imo. in c. cum parati de appella. & Tan. in summa de cita. q. a stione v.
- b **Electo.** Quare aut ius acquirat electo, vide copiosè & not. per Fel. in c. cū Beroldus. de re iud. post prin. ver. quale autē ius: & q. ad materiā ibi dixi in apostil. & per Fel. in c. sup. his. de accusa. in j. co. ver. si. & in quantum.
- c **Iurisdictione.** Vide Pau. de Ca. i. cōsi. ev. & Old. in cōsilio clxxx. & in cōl. exc.
- d **Strictè.** Vide ad hoc Fel. in c. causam. viij. col. ver. tertia declaratio de rescrip. & q. ibi dixi in apo.
- e **Sacerdotiū.** Adde Dyn. in re. decet. Pa. nor. in c. constitutus nu. ij. extra de resti. in inie. & plenius in c. cū voluntate. num. viij. in vers. spāle & est in episcopatu. extra de sen. excom. & dixi post Bal. in l. sacrosanctæ. nu. j. vers. episcopalis auctōgnitas. C. de epi. & cle.

illa causa, sed pares curiæ: vt d. s. pen. & qd plenè no. gl. extra. de iudic. c. ceterū. Itē est arg. in d. s. si verò forsan. ¶ q. si iudex inferior iustitiam negligit vel denegat facere suis subditis, q. iurisdictione deuoluet ad superiorem. Facit ad hoc, si de inuesti. inter dñm & vas. l. is ori. c. j. Circa quod vide etiā q. no. in d. s. penul. & d. c. ceterum. ¶ No. in ver. si verò aliqui. aut in hac, & c. ibi: sine iudiciali præcepto. q. baiulus non pot citare aliquē ad iudiciū sine iudicis præcepto, vt hic. Ad idē. C. de exhi. re. l. fi. & ibi p. doct. & q. qualiter pniaf faciēs falsam ambasia tā: dic vt no. Spe. in tit. de executio. s. j. vers. sed quæritur qualiter. ¶ Opp. ad ver. si verò huius terræ, & c. & videtur q. validi & potentes nō debeāt cōpelli ad exercendū arētē, vt C. de mēdi. validi. l. j. lib. xj. Glo. soluit ibi: vel dic, hic loquit in ciuibus: ibi in exoraneis: vt hic distinguūt. Vltimò nota glo. huius cōstitutionis, quæ est super ver. repa rare. & quæ incipit, argu. & c. Et dic vt in ea & dixi in s. semper. alleg. in glo. Barto.

Constitutio, quæ de dignitatibus, & c. Rubrica.

- 1 **Consulatus & patriciatu** faciunt quem sui iuris etiā administratione non accedente: secus in alijs.
- 2 **Dignitates liberantes à curiali fortuna**, liberant à patria potestate: & que sint remissiuæ.
- 3 **Filius emancipatus mortuo auo non reuertitur in potestatem patris.**
- 4 **Filius liberatus à patria potestate propter dignitatē, mortuo auo in patris potestatem reuertitur.**
- 5 **Omne bonum optimum, & omne donum per seclum, de iure sum est à Deo.**
- 6 **Electio sola quando tribuat ius electi.**
- 7 **Electio, quæ requirit superioris confirmationem quando sola tribuat ius electo, & ibi quid in prelatura.**
- 8 **Electio ante confirmationem quando liceat administrare.**



Vicquid. Dignitas consulatus & patricia tus, à patria potestate liberat, sola dignitatis collatione: & generaliter oīs alia dignitas, quæ à curiali fortuna liberat: & à patria liberat potestate. h. d. ¶ Nota qd ex sola collatione dignitatis patriciatu & cōsulatu, quis efficit sui iuris, vt hic i. p. In alijs verò dignitatibus demū administratione accedente, vt hic in s. nūc aut. ver. dicimus aut in ipsis sedibus, & c. & no. gl. i. ver. nā si sancimus. super ver. codicillis. Scdō nota in s. gnaliter. ¶ qd oīs dignitas q. liberat à curiali fortuna, liberat à liberat à pñia potestate. Quæ aut sint dignitates, q. liberat à curiali fortuna, habes in tex. l. fi. C. de decu. li. x. ¶ Tertio no. in s. illud. qd licet qñ filius exiuit de patria pñte per emancipationē, filius eius. q. remāsit in aui pñte, nō redeat i potestātē filij emancipati, si auus moritur: vt Insti. q. mo. ius pa. pote. sol. s. j. tñ secus qñ filius exiuit de pñia pñte ppter dignitatē q. adipsific: vt hic. & no. in d. s. j. Insti. q. mod. ius pa. pot. sol. & l. l. si pñ filiu. ff. de adop. ¶ Vltimò no. tex. ibi: qm oē bonū, & c. ad quē tex. facit extra de priu. c. fi. & ibi no. & c. xxxv. ¶ q. j. c. j. & ij. s. vt liber. de ca. in pri. ¶ Et no. ga. s. dixi qd ex sola collatione dignitatis ius tribuit: an hoc sit verū, & tex. in ver. nūc aut facit p & cōtra. & ad hoc etiā facit l. fi. C. de dec. li. x. & Insti. qb. mo. ius pa. pote. sol. s. filiulfa. sed qd sola electio nō tribuat ius electo, nō i lex eo tpe. ff. de test. mili. alibi no. gl. qd ex sola electioe tribuat iurisdictione: sed nō effectus iurisdictionis. Ita no. in l. priuātorū. C. de iurif. om. iu. & de cōdi. & demō. l. Publius. in pri. C. de cōsu. l. fi. li. xj. & alibi vñ tex. qd ex sola electioe acceptata ius nō tribuit, nisi cōperit administrare, vt videbitis. s. de adm. s. illud coll. vij. qd dīcēdū: Putare sic dīcēdū. Aut loqmur i maximis dignitatibus, vt pñciatibus, & cōsulatus, & epatus: & tūc ex sola electioe plenū ius tribuit vt hic in s. j. et s. nā si sancimus. & ibi no. gl. sup. ver. codi. et d. s. filiulfa. & C. de epi. et cler. aut. sed epalis dignitas. & ibi no. gl. super ver. honoratis. & l. fi. in prin. C. de de

cu. lib. x. & quod no. in d. s. filius. q. intellige cum acceptatione, vt no. in l. fi. C. de cōsu. lib. xj. Et ita intellige glo. l. Publius. ff. de cōdi. & demon. in prin. Ad hoc facit extra, de elec. c. cū inter. in fi. Aut loquimur in alijs dignitatibus minoribus: & tunc dignitates nō habent administrationem annexā & tūc qd cōsequat electus ex electione & acceptatione, habuisti s. vt ord. pñe. circa pri. & in fi. & habes in d. ver. nam si sancimus. in quantum dicit de illo qui est effectus cōsularis, qui habet spē administrationis: vt no. in gl. sup. ver. consulares. Aut habet administrationē annexā: & tūc electo ex electione & acceptatione, ego puto q. tribuatur ius ipsius dignitatis & ius administrandi: sed tale ius nō tribuit effectus, nisi cū cōpetit exercitiū ipsius administrationis. q. intellige cū administrare posse cōperit. Et ita intellige d. s. nūc aut. ibi: & in super singularis & c. sequi postea & operibus agnitis. & ita loquit etiā s. vt ordi. pñe. s. j. & ita intellige de adm. s. illud. quod no. glo. super ver. codicillos. & quod no. in d. s. filiusfamilias. in gl. quæ incip. hoc est speciale. & j. eo. vers. nā si sancimus. super ver. codicillos. & q. no. in d. aut. sed episcopalis. in gl. quæ est super d. vers. honoratis. Prædicta locū habet in electioe: que nō requirit cōfirmationem superioris. Et ita intellige q. dixi de episcopo, vt patet in s. palā. j. eo. dicit em, ipsa ordinatioe. Si em loquimur in electionibus, quæ requirit superioris cōfirmationē tūc qd iuris sit, gl. d. l. priuatorum. C. de iurif. om. iudi. dicit q. ex electione, subaudi & acceptatione, vbi inuitus nō cogere. ¶ q. tur ius, sed nō exercitiū iurisdictionis. ¶ Itē dicit gl. q. ex electioe querit ius prelaturę & administrandi: sed nō exercitiū prelaturę administrationis. Ita no. lxxij. dist. c. quāto. & vide gl. j. de coll. s. ad hęc phibemus. alle. hæc & ibi dicā. Nec obstat prædictis in quantum dixi q. nō cōpetit exercitiū iurisdictionis, & administrandi ante cōfirmationē. q. habuisti. s. de defen. ciui. s. & si cadere. ibi: & suscipere & c. q. intellige vt dixi ibi. ¶ Et de hoc an electio ante cōfirmationē liceat re ipsa administrare, vide Inn. in c. trāsmisam. extra, de elec. & in c. cū sup. extra, de cau. pos. & proprie. & in c. proposuisti. extra de cōcel. prebē. ¶ An aut. princeps ante cōronationē & cōfirmationē facta p papā habeat iurisdictionē & exercitiū iurisdictionis vt possit priuilegia cōcedere, legitimize & alia facere, lac. de Arēt. disputatū: quam disputationē refert Cy. in l. bene à Zenone. C. de quadri. prescri. & vide qd dicā in l. fi. in prin. C. de consu. lib. xj.

- 1 **Beneficium in rescriptis quādo latē, & quando strictē, interpretetur.**
- 2 **Op. & vñ q. in rescriptis beneficium debeat interpretari strictē: vt extra, de rescri. c. significatē. & c. nōnulli s. j. & c. significauit. eo. ti. Sol. Aut loqmur i bñficijs: & ista sūt largissimè interpretada, vt hic. Aut i rescriptis: & sūt strictē interpretada, vbi sunt rescripta stricti iuris, q. emanāt sup delictis, q. sūt potius restringēda, quā laxada: vt d. c. significatē. Sed cōtra hęc sol. op. q. beneficium nō sit plenè nec largè interpretadū: vt extra, de rescri. c. si gratiosū. li. vj. Sol. Ibi loq. in bñficio ambizioso: hic verò nō.**
- 3 **Sacerdotium ut liberet quem à patria potestate quæ esse debeat.**
- 4 **Opp. pe l. sacrosanc. C. de epi. & cle. Solu. Illa corrigi per istū s. & ideo sup illa posita est aut. sed epalis dignitas. hinc sumpta. ¶ Quæro an aliud sacerdotium liberet quem à pñia pot. Docto. in d. aut. sed episcopalis. tenēt qd nō: cuius contrariū determinat gl. extra de ara. & quali. c. in decorum.**

De iudicibus. Rubrica.

- 1 **Imperitus causarum non potest esse iudex delegatus.**
- 2 **Iudex delegatus an habeat assessorem, & qualiter. & nu. 6.**
- 3 **Iudices non debent omnem causam committere consilio sapientis.**
- 4 **Imperiti literarum an possint esse iudices, quod sit, etiam delegati, & nu. 7.**
- 5 **Illiteratus iudex qualiter formet sententiam.**



Zenone. Iudices delegati à pñcipe in ciuitate experti, vt causas per se iudicent & cognoscāt. Iudices quoq. ordinarij per suos assessores negotia secundum legem explicant & determinant & eorum occupationē per pñsentiam suorum assessorum supplent. Item prædicti iudices debent sedere mane, meridiē, & vespere: & appellationes ab eorū sententijs interpositas suscipere cognoscēdas per eos quibus nostræ leges causarum cognitionem committunt. hoc dicit. Ex prin. huius constit. nota duo. ¶ Primò q. illiteratus & imperitus causarum non potest esse iudex delegatus. ¶ Secundò nota q. iudices delegati non debent habere assessores, sed ordinarij, q. sic qualiter

qualiter sit intelligendum. j. declarabo. ¶ Tertio nota ibi: sed siue reos querere, & c. argu. contra iudices qui quamlibet q. committunt consilio sapientis. de qua q. dic vt no. Iaco. de Arēt. in Lille aut ille. s. cū in verbis. ff. de lega. iij. Et anteq. veniamus ad alia, primò duo nota per modum q. Et primò quæro, an imperiti literarum possint esse iudices. ¶ Glo. hic super ver. habere, dicit q. illiterati possint esse ordinarij iudices. Et ratio: quia habent assessores: vt patet in ver. & nris administratoribus. Si verò loqmur in delegatis: tūc aut illiteratus est delegatus à pñcipe sciētē, & potest esse iudex: quia videtur cum eo dispensare: vt l. quidā cōsulebant. in fi. ff. de re iudic. Aut est delegatus à pñcipe ignorāter, vel etiam ab alto: tunc non tenet delegatio: vt hic in ver. nos igitur. Non obstat l. certi iuris. C. de iudic. quia licet ibi loquat de militē, non tamen est illiteratus. vel est ibi speciale inter milites vt illiteratus & imperitus miles inter eos possit iudicare: sed inter alios secus, vt hic. Vltimò dicit glo. super d. ver. habere qd ibi licet sit illiteratus: tamen habet experimentum causarū & naturalem descriptionem. & hanc opi. tenet Spe. in tit. de iudic. de le. s. excipi potest. ver. item q. est illiteratus. Istam em opi. tenet glo. in c. fisciatus. extra, de rescri. circa quod vide gl. in d. l. certi iuris. & l. fi. C. de sen. ex breuic. reci. & tangitur per gl. in c. fin. de reg. iur. li. vj. & doct. in l. certi iuris. prædicta, & in d. l. fi. tenēt q. illiteratus potest esse iudex: siue sit expertus causarum, siue nō: & siue sit ordinarij: siue delegatus. & hoc puto verum, cū non videatur ratio diuersitatis inter ordinariū, & delegatum. vt dicam j. prox. q. Ad hunc tex. in s. nos igitur. potest responderi, q. hic loquatur in xij. iudicibus delegatis in vrbe Romana, q. propter eorum industriam eliguntur: & ideo debent esse literati & in negotijs experti: vt no. gloss. super ver. nostris. ¶ Qualiter autem illiterati formet sententiam, cum opus sit eam in rescriptis ferri. Dic vt not. per glo. in d. l. fin. C. de sententijs ex breuic. reci. & ibi per docto. & in l. certi iuris. s. allega. ¶ Secundo quæro an iudex delegatus possit habere assessorem, hic videtur tex. quod ordinarij tantum possit assessorem habere, non delegatus vt hic in ver. nos igitur. & in vers. nostris. Et istud tenet lac. de Arēt. per hunc tex. vt Cy. refert in d. l. certi. Sed in contrarium videtur veritas q. iudex delegatus possit habere assessorem: vt s. vt defū. feu. fune. & c. s. illud. & s. alios autem. col. v. Non obstat hic tex. quia loquitur specialiter in xij. iudicibus delegatis in vrbe Romana, qui propter eorum industriā eliguntur, vt s. dixi. & isti non debent habere assessorem, vt hic: alij verò sic. vt in contrarijs. & ista opi. tenent doct. in aut. ad hæc. C. de iud. sumpta ex illo. s. il. lud. & nor. C. de episco. & cle. aut. causa quæ fit cū monacho. & hoc puto verum: & q. possint habere assessorem delegati, habentis casum expressum in c. statutum. s. assessorem autem, de rescri. lib. vj. Per hoc puto q. sicut iudices ordinarij possunt esse illiterati, ita iudices delegati: cum vterq. possit assessorē habere: & p consequens non est ratio diuersitatis inter ordinariū & delegatū. Nec obstat prædictis tex. j. eo. s. si quis autem: vbi videt velle, q. ibi duodecim iudices delegati possint habere assessorem: quia respondit vt ibi dicam. Venio ergo ad s. si quis autem.

Si quis autem. Quæro de intellectu huius. s. dicunt quidam q. cum s. in s. vetus igitur. huc usque sit dictum de maioribus iudicibus qui sunt quatuor. & de minoribus iudicibus qui sunt octo Imperator dicit q. si dicti maiores iudices volunt, possunt causas delegare alicui ex illis octo iudicibus: non alijs. Dicit glo. q. eos octo iudices minores vocat pedaneos officio & dignitate. Credo q. velit dicere q. sunt pedanei officio & dignitate: & sunt pedanei rōne officij parui & rōne parux dignitatis. q. nullo mō hnt magnā sed hnt modicam Alij verò, scilicet decem iudices, scilicet maiores iudices erāt pedanei officio ratione parui officij quod habebant: sed non erant pedanei ratione dignitatis: quia illam magnā habebant. ¶ Et secundū istam lec. habes hic casum q. etiam isti iudices, qui delegati à pñcipe in ciuitate Romana vel Constantinopolitana possint habere assessores: vt patet in exceptioibus, quas ponit tex. ibi cōsiliarijs suis & c. Et sic patet q. isti iudices habeat cōsilijs, qui cōsiliarij appellatur assessores: vt d. s. illud. & s. alios. no. s. vt de fun. seu funera eorū, & c. probat ver. & nris administratoribus,

& c. s. eo. Et pro ista opi. facti. s. prox. j. ver. a si. inter hos. vbi patet q. vnus ex istis iudicibus habet consiliarium assessorem. Alij dicit q. hic vocat iudicē magistratū & sic hic loquit de iudice ordinario. Et istam opi. vt tenere gl. sup. ver. iudiciū. ibi: nouellij & c. & sup. ver. bus, particulares. in fi. gl. & l. cdm istā lec. iste. s. nō est cōtra id q. dixi. s. px. secundū doct. Non obstat. tex. qui dicit, nisi cōsiliarijs, & c. qui cū loquitur de iudicibus ordinarijs, non est dubium quod possunt assessorē habere vt s. ver. & nostris administratoribus & c. Glof. tamen super ver. iudiciū. in fi. dicit hunc. s. esse coarctandū tātum ad magistratus populi Romani, & ad iudices constitutos à pñcipe delegatos in ciuitate Romana, vt isti volentes delegare delegent: vt hic dicitur. Et sic in eo quod dicit de iudice à pñcipe constituto in ciuitate Romana: iste s. esset contra opinio. doct. de qua supra dixi. ¶ Quid dicemus: putarem posse sustineri q. etiam isti iudices delegati à pñcipe in ciuitate Romana possint habere assessores seu consiliarios. Non obstat s. j. s. eodē. qui videtur velle contrarium: quia posses dicere q. ille textus hoc non probat: sed dicit q. isti iudices delegati à pñcipe in ciuitate Romana non debent esse illiterati, & nō habentes causas rōne experientias, sed debent esse periti & literati, quia alias esset de decus Reip. Romanorū, si tales personæ de litibus cognoscerēt: quos oportet ab alijs dūcere quid iudicare debeāt: non autē negat q. si sit delegatio personis literatis & expertis in causis, q. illi nō possint suos assessores habere: & hoc apparet in ver. inter hos Marcellū. s. prox. vbi expressè dicitur q. Marcellus, q. est vnus de duodecim iudicibus delegatis in ciuitate Romana, vtrius cōsiliario. & sic secundū hoc oīs delegatus in quocunq. loco posset indistinctè habere suos assessores: & hoc licet dicitur i alia meliori declaratione. Quæro & opp. ad ver. nisi cōsiliarijs. Et videt q. tunc examinatio nō possit cōmitti cōsiliarijs: vt s. de defun. seu fune. s. illud. Sol. prout iste s. intelligit de magistratibus ordinarijs tantū: tūc ipsūm intelligimus secundū illū. Si verò intelligimus in iudicibus delegatis à pñcipe in vrbe Romana: tūc gl. super ver. particulares. soluit altero de quatuor modis. Tene scdm vel tertiā solutionē. & secundū istā lec. prout loquitur in delegato, habes hic q. etiā isti delegati à pñcipe in ciuitate Romana possunt habere assessores & facit pro opin. quā dixi s. prox. Vltimo pro isto s. si quis aut. vide gl. in c. super questionū. extra de officio. dele. in glo. super verbo, nisi causa in prin.

- 1 **Iudex matutino, meridiē, & vespere, sedere debeat.**
 - 2 **Iudex de voluntate partium iudicare pot. de nocte: alijs non.**
 - 3 **Verbum continuē, in teste qualiter intelligatur.**
 - 4 **Dictio mox, qualiter intelligatur.**
- Sedebunt.** Opp. ¶ & videt q. iudex nō possit sedere horis vespertinis nec iudicare: quia inconueniens est magistratus populi Romani tali hora in publico cōparere: vt l. ij. s. & quia magistratus. ff. de ori. iur. gl. sup. verbo, mox, soluit duobus modis. Prima sol. tenetur in l. cōtraria, sed ad lectūdā aduerte: quia ista vñ omnino falsa vt exponat vespere id est, ad vespere: quia lectūdā hoc sequeretur q. etiā verbū matutino, sic intelligeretur: & sic iqueretur q. de nocte deberet sedere. Ista enim tria verba matutino, meridiē, & vespere ponuntur copulatiuē. debent ergo exponi vt denotent horas, in quibus iudices debent sedere. & sic præcedes opi. videtur verior: vel solue vt no. gl. in c. cōsiliuit. extra, de offi. dele. super ver. gratiā. in fi. gl. ¶ Quærit gl. sup. verbo, matutino, an iudex possit iudicare de nocte Gl. dicit q. de nocte potest iudicare de voluntate, sed de die de necessitate. sed gl. in l. more. hic alle. dicit indistinctē sententiā debere fieri de die. De qua q. dic vt no. gl. in d. c. cōsiliuit. super verbo tenebras. & illam iententiam approbant Hosti. & Ioan. An licet Inn. videatur eam impugnare. & de hac q. tangit per doct. in l. nō minore. C. de trāsa. ¶ Vterius hunc s. cū dicit, continuē. Ia. de Bel. inducit in arg. pro teste dicente vidi talē continuē possidere: quod istud non sit intelligendum continuē, ita quod cum puncto temporis videatur possidere. De qua q. Dy. ponit in lege. j. ff. solu. matr. Et pro ista opi. facit optimè text. de condi. & demon. lege si quis ita legauerit. & melius. ff. de ædil. edic. l. si quid venditor. in fin. princip. Et pro hoc vide expositionem quam facit gloss. super

- a **Iudices.** Ad saturationem vide Iustissime & no. Fel. in c. fisciatus. v. co. ver. illiteratus. de rescrip.
- b **In c. consuluit.** Et ibidē ad hoc vide Fer. in si. pe. co. vers. gl. sup. ver. tenebras.

In l. fructus. Et ibi vide Dy. & gl. in l. si pupilli. s. id. ait. ff. de neg. gest. & Bal. in l. Gallus. s. ille casus. d. a. & posth. & in l. si qd hares institutus. de acqui. hære. & in d. s. qui præfens. alle ga. in tex.

verbo, alsidu. xxxv. ij. d. c. de quibusdam. ¶ Vltimò, quia hic dicit mox, & meridiè, qualiter ponatur istud verbum mox. pri mò vide glo. in l. fructus. ff. sol. matri. & ff. de ver. obl. l. j. s. qui præfens. & quod no. Specu. de disp. & alle. s. post hoc. ver. item mox. de inest. nup. s. j. & de hac dictione vide glo. xx. q. ij. si in qualibet. & extra, de elec. quia propter. super ver. mox. ¶ Forma rescripti per iudicem seruanda est, & ab ea non receditur: sed de partium consensu sic. Acta iudicij debent esse in scriptis, no quod sit necesse qd fiant in scriptis, sed bene in scriptis redigi debent. Contumax quando appellet & quis.

Audient. Iudices delegati lites au dire debent secundum formam rescripti. & appellationes suscipere de omnibus, quibusdam exceptis: ad quas appellationes intiantas duorum mensium spatium conceditur. Item sportulæ & litis sumptus exigi debent, tantummodo secundum formam à iure traditam vnoquoque iudice duabus exceptionibus & exequi. vtentur. & si aliquis ex dictis xij. iudicibus remouetur, debet à principe in eius locum alius subrogari. Item cuiuslibet ex dictis iudicibus pro suo salario duo aurei in contestatione, & duo in fine ab vtraque parte debent presentari, nisi lis sit modica. h. d. v. q. ad s. oportet. ¶ Nota ex isto s. audiet. qd est recurrendum ad formam rescripti vt hic secundum vnam expositionem gl. super verbo, schemate. Ad idem C. quando prouo.

non est neces. l. cum non ex eo die. & extra. de rescriptio. c. cum dilecta. Sed contra hoc opp. & videtur, quod à forma rescripti possit recedi: vt l. ij. s. ff. & l. iudex. & l. de quare. ff. de iudi. Sol. à forma rescripti non potest per iudicem recedi, vt hic: sed de partium consensu. ex prorogatione possit, vt ibi. ¶ Quæro, qd vult dicere tex. ibi: sub schemate aduocationis. Gl. hic super dicto verbo schemate, ponit duplicem intellectum. Primò, seruata forma delegatio. Secundò, scilicet interueniente scriptura quasi dicat qd acta iudiciaria debent esse in scriptis. Allegat extra, de app. c. vt debitus. nescio ad quid glo. illi text. alleget, scilicet c. vt debitus. extra. de appel. quia ille text. hoc non probat. Sed dic, quod acta iudiciaria debent esse in scriptis: no qd sit necesse qd in scriptis fiant: sed debent in scriptis redigi: vt c. qm contra falsam. extra. de p. ba. & qd ibi no. super verbo, interlocutiones. ¶ Venio ad versi. appellationibus, & c. in quo nota qd verè contumax no appellat. Sed vide qd contumax appellet: vt l. & post edictu. in ff. de iudi. Gl. videtur velle super verbo perimendis, qd ibi loquat in fine contumace qui pot appellare. & conor. qd not. in l. in. ff. de in. fctio. restitut. Sed contra vide qd velle text. cum gloss. C. de iudi. in l. pro perandum. s. si autem ex gestis ver. nullo coniuncta glo. super verbo, contumaciam. & in s. si autem reus in fi. Sed dic vt ibi per docto. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex.

Appellationes. No. ad enitandū processum super appellacione interposita à delegato, à Principe, dantur duo menses, quibus elapsis incipit currere tempus anni, vel biennij, qd datur ad appellacionem exercendam, vel finiendam. Sed contra videtur quod dentur alia tempora: vt l. in offerendis. s. pe. C. de ap. l. ij. in fi. prin. & l. j. de tempo. ap. dicunt quidam. olim dabantur alia tempora: hodie verò datur duo menses ad inchoandū processum super appellacione. & istam opi. videtur tenere glo. hic super verb. menses. & ipsam credo esse positam in d. l. in offerendis. s. pen. Et sic fiet speciale in appellacione interposita à delegato à Principe, quod dentur duo menses ad inchoandū ap. & postea incipit currere tempus anni, vel biennij, qd datur ad appellacionem exercendam, & finiendam vt hic dicitur. De quo tempore exercenda ap. loquitur s. de his, qui in gre. ad ap. s. j. & in aut. ei qui. C. de temp. ap. q. d. qd regulariter istud tempus biennij incipiat currere à tempore ap. interpositæ de

quo no. in l. si illud. C. de temp. ap. Alij dicunt, qd hoc est verum generaliter, qd semper de iure duo dantur menses ad inchoandū app. & hac opi. videt tenere Cy. in auth. ei. q. C. de tēp. ap. in j. & ij. Sed precedēs opi. videt mihi verior, qd hodie generaliter def. annus, & ex cā biennij ad procedendū, & ad processum finiendū. super ea, vt d. s. hæc nos. s. de his, qui in gre. ad ap. & d. auth. ei. q. Fallit in istis app. interpositis à delegato à Principe: quia tūc dantur duo menses ad app. inchoandū, & post incipit annus ad appellacionem exercendam, & finiendam, vt dicitur hic.

Nullus. Quæro circa huc s. quotuplex est genus sportularum. & quare dicit sportula. & dic vt in gl. super verbo, nullo. et dum gl. dicit circa tertium sunt. & c. Circa hoc vide qd no. in s. tripli. in fi. de act. vbi etiā no. à quo presentent iste sportule, que executoribus datur. & vide gl. in l. j. de fru. & lit. exp. ¶ Et vide Spec. in tit. de expensis. s. ff. versu. in summa. ¶ No. id qd glo. dicit qd istæ sportulæ, que datur iudici, vel executoribus, no debent esse ipsius iudicis, vel executoris, sed debent esse sicuti: quia iudices & executores habent salariū de publico: quia hoc videt verum, vt dicā j. s. ne aut. ver. vnoquoque. ¶ Ex quo no. qd quilibet predictorū iudicum, pot habere duos executores, vel massarios. Et no. qd duo baiuli possunt seruire duobus iudicibus & no pluribus. ¶ Tertio no. qd baiuli eliguntur, ibi dū dicit sup eos electio nē. & c. & ibi: ad alios, qui deputant eos. & c. & ibi scripijs eligunt & c. debent eligi boni: alia periculū ad electorē spectat: vt hic, et j. de col. s. iubemus. ¶ Vltimò circa huc s. not. gloss. super verbo, causas. quæ ponit quæ nomina habet nuncios. & dic vt in ea.

- 4. **Ciuitas quæ contrahit cum aliquo, an habeat tacitam hypothecā in bonis contrahentis.**
- 5. **Privilegia personalia quibus ex causis ex tempore æstuntur.**

Vdum iudicātib. Si res primæ, & secundæ vxoris, in dotem datæ apparent, vel altera earum illi restitui debent: & eius filijs, cuius res ille fuerint. Alijs autē rebus non apparētib. tunc illa in bonis mariti prior est iure, quæ prior est in tempore. Itē dote promissa viro ab vxore, vel ab alio pro ea ablata, & consignata mulier donationem propter nuptias ex pacto interposito de lucran do, perinde lucrabitur, ac si soluisset. hoc dicit. ¶ Not. in prin. hu ius §. q priuilegia dotis sicuti non transeunt ad hæredes extraneos, ita nec ad creditores mulieris. Et istum tex. inducit Jacob. de Bel. q nec vsum fructū nec aliud ius, vel priuilegium ex persona debitoris competens possit ad creditorem trāsire: sicut nec priuilegia dotis: nec possit creditor hæc iura insolutum accipere vt hic. ¶ Et sic videtur hic text. in eo quod dicit, debitoribus priuilegia dotalia non dantur: quia priuilegia dotalia non possunt per cessionem transferri. de qua q. not. per Dy. in l. si minoris. ff. de admi. tuto. in l. vna. C. de priu. do. & ibi per doc. in l. si dūis. in fi. C. qui pot. in pigno. ha. ¶ Secundō not. quod hic dicitur, ap parent

Vt sine prohi. ma. debi. & credi. & c. Rubrica.

- 1. **Ratio quare debitor & creditor non potest esse tutor, vel curator pupilli.**
- 2. **Regula fallit si æquitas in contrarium suadeat.**
- 3. **Mater licet possit esse tutrix filiorum suorum, non tamen cogitur.**
- 4. **Dispositio ista q. locum habeat in auia, & in auo paterno, & materno.**
- 5. **Pater debitor filij potest esse tutor ipsius filij emancipati.**
- 6. **Filius debitor patris, q. possit esse curator patris furiosi.**
- 7. **Frater debitor fratris, quando possit esse tutor.**
- 8. **Actio q. queratur ex stipulatione iudicis, vel executoris.**
- 9. **Iuri suo quando quis renunciare possit.**

parent res in dotem datæ, quod in illis illa præfertur, quæ illas res in dotem dedit. Ad idem facit quod habes. ff. de tribu. l. pro curatoris. §. sed si duas. ff. de peculio. l. ex facto. §. planē. Vltimō no. tex. ibi: non enim, & c. facit l. iij. in fi. ff. de condi. ob cau. l. iure euili. ff. de condi. & demon. Quæro de intellectu verbi. sicut em si duo debita. Dic vt in glo. super ver. publica. Sed aduertere ad ipsam: quia in secundo exemplo nihil repetit glo. de pigno. ¶ Et quidam inducit q si ciuitas contrahit mutuando, vel aliquid faciēdo, quod habeant tacitam hypothecam in bonis contrahentis cum ea. Quod expressē tenet glo. in l. si pignus. ff. qui pot. in pig. ha. de quo dicam in l. ij. C. de iure reip. lib. xj. Vide gl. super d. ver. publica. & adde in fin. quod no. in l. diuersis. & in l. eos. C. qui pot. in pig. ha. & quod no. Dy. in c. qui prior. de reg. iu. li. vj. ¶ Vide ¶ glo. super ver. priuilegium in fin. Item no. gl. in d. l. priuilegia. hic allega. & tangitur in l. fin. §. excep. C. qui pot. in pig. hab. Habes ergo vñq. casum. in quo priuilegia personalia æstimatur ex tempore. Alium casum habes, videlicet quando factū est in obligatione & in pluribus locationibus operarum. & eodem videlicet tempore factis, vt no. glo. in l. in operis. ff. loc. Quæro, an id quod dicitur ¶ q si apparent res, quæ fuerunt datæ in dotē in illis præfertur illa vxor, quæ ea bona dedit, habeat locū siue bona fuerint data æstimata, siue non. Istam q. tangit glo. C. qui pot. in pig. ha. authen. si quid. & ibi latius per dōctō.

Illud quoque. Dicitur hic, q si dos fuit oblata de sola oblato in iudicio videtur sufficere: vt l. si rē. s. vlt. de pig. ac. & l. aliena. §. pe. eo. ti. & l. item libera. §. j. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Et de hoc qd opere sola oblato, vel obligatio, depositio & consignatio, tangit gl. hic, & C. de vfur. l. acceptā. Sed quantum ad dictum huius legis dic q sola obligatio non sufficit & glof. hic sentit quæ incipit, & hoc f. consignatio, & c. ¶ Quid autem iuris sit si dos consistat in rebus immobilibus, quæ non possunt cōsignari. vide no. in aut. dos data. C. de do. ante nup. & vide quod no. in d. l. acceptā. & in l. si maritus. ff. lo. ma. ¶ Querit lac. de bel. pone q vendidit tibi rē, & promissisti mihi reuendere & ego pretiū restituere intra certū diē. vel econtra, ego promisi tibi pretiū restituere & tu mihi rē vedere: nūquid ego debitor debeo prius pretiū deponere? Et videt hic tex. q sic. De hac qd. dic qd hic p eū. ¶ Vltimō not. hic. cū gl. sup. ver. cōfiteat q debitor pōt pe cuniā offerre creditori masculo, vel foemina. qd tene mēri. De hoc videt tex. C. de cōd. & demō. l. cū seruus. ver. nā vtiq. Itē aduertere ad gl. q est super ver. exactionē q incipit, siue pmiserit. Vi de, circa hoc q no. glo. de dona. ante nupt. auth. dos data & c.

De administratoribus. Rub.

- 1. **Ius electo q. non queratur ex electione sola, nisi in magnis dignitatibus.**
- 2. **Administrator an deponat officium ante successoris ingressum.**
- 3. **Successor in officio, licet tempus prorogetur: non tamen habet salarium, nisi ex die aduentus.**
- 4. **Princeps an possit uicarium pro se à populo datum reuocare.**

Am quidem. Administrator si puin cū durante administra tionis tēpore citra principis iulsionē dereliquit, crimine læsæ maiestatis punitur. & si administratorē finita ante quinquaginta dies recesserit antiquis poenis punitur. Itē successor præcessori amicabilē epistola de suo aduentu debet destinare: & ad prouinciā celeriter accedere: & præcessor eo adueniente antē per duos dies administrationem deponere debet sed recedere non debet ante successoris aduentum, & vsque ad eius aduentum emolumēta publica percipere debet. h. d. ¶ No. tex. in §. illud. ibi: not. ex codicillis & c. q ex sola electione non quæritur ius electo. Fallit in magnis dignitatibus, vt in glo. super dicto ver. codicillis. vt dicam in l. vlt. C. de consul. lib. xij. ¶ Oppo. ad ver. deponat. & videtur quod administrator non deponat officium ante ingressum successoris vt l. meminisse. ff. de offic. procon. & leg. Sol. vt hic in glo. super ver. dies. & in l. contraria. & in l. j. C. vt tam ciui. quam crim. §. illo. ¶ Quæ omnia sunt in arg. ad q. secundū Iaco. de Bel. q licet dies aduentus sit prorogata successorī, nō debeat propterea

habere salarium in tempore prorogationis sed ex die aduentus. Ad idem l. meminisse. præallegat. Et hanc quæstionem dicit do. Iaco. fuisse in ciuitate Perusij. ¶ Secundū istē §. facit ad quæstio. secundū eum quod Dux vel comes vel præfes prouincie vicarium datum pro se à populo non possit reuocare. Facit s. de defen. ciui. §. sed interim. & l. solent. ff. de officio procon. & leg. Sed certē iste §. parum facit: sed melius facit iste §. sed interim.

Collatio octaua.

De excusa. & qui conue. & reconue. & c. Rubrica.

- 1. **Libellus primo offertur iudici, & per iudicem reo.**
- 2. **Cautio de qua hic, q. præstari debeat cum fideiussore.**
- 3. **Satisfacere qui debet intelligitur cum fideiussore.**
- 4. **Quomodo differat satisfactio de qua hic, a satisfactioe de qua in §. ad excludendas. j. de litigiosis.**
- 5. **Ius absenti quod queratur ex stipulatione officialium.**
- 6. **Cautio de qua hic, hodie de consuetudine non præstatur.**

Noniam calumnias. Libellus reo porrigit non debet prius quam actor cautionē legitimē exponat, q intra duos menses litem contestabitur: aliā omne damnū reo conuenio restituet hac cautione xxxvj. aureos nō transcendente. ¶ No. ex hoc text. cum glo. super ver. duos. q libellus prius offertur iudici, & per iudicem reo. de quo dixi. s. de xlii. reis. §. illud. Opp. dicitur hic, incurabile & c. imō videtur q istud dispendium olim esset turabile. Nam actor tenetur in triplo. Dic vt no. hic in glo. super ver. bo incurabile. & in §. tripli. Insti. de acti. ¶ Quæro, vtrū ista cautio sit nuda, vel cum fideiussore. Dicit glo. super ver. cautioē. s. nuda contra videtur sentire glo. Insti. de satisfactio. §. sed hodie in eo qd dicit ibi glo. q actor duas præstat satisfactioes. & vna est de qua hic dicitur: & sit sentit q sit cum fideiussore. Nam satisfactio ¶ intelligitur cum fideiussore, vt l. j. ff. qui satisf. cog. & illud p utantem verius de iure: tamē quia magis est cautū reo: & ista cōstitutio intendit prouidere reo: tñ quia cautio quā præstat actor secundū formā §. ad excludendas. j. de litig. est cū fideiussore: ergo & ista eadē ratione. ¶ Quæro quæ differentia est inter istam cautionē quā præstat actor per istā cōstitutionem: & eā quā præstat per d. §. ad excludendas. Dic vt in d. glo. super ver. duos. hic & in d. §. ad excludendas. & in d. authen. libellum. C. de li. cōte. & de epif. & cle. aut. generaliter. Quærit etiam d. glo. qñ præstat ista cautio? Dic vt in glo. ¶ Ex qua no. q ex stipulatione officialiū quærit ius parti absenti. Idē habes in d. §. ad excludendas. & s. vt line prohi. §. quia vero multi. & ibi dixi. Vltimō quæro, an cautio. de qua loquitur in prin. huius cōstiti. q debet hodie de cōsuetudine præstari: dic q non, sicut nec illa, de qua loquitur. d. §. ad excludendas. Ita no. glo. Insti. de satisf. §. sed hodie. ij. q. ij. §. libellum. per quas glo. optimē patet istas duas satisfactioes præstari non debere.

- 1. **Reconuentio q. fiat de debito non liquido ad liquidum, non compensatio.**
- 2. **Reconuentio quando fiat coram ordinario, & quando coram delegato, & quando coram eodem iudice, vel diuersis.**
- 3. **Causa conuentionis & reductionis eadem sententia determinantur, scilicet ut una primō, alia postea.**
- 4. **Si actor impetravit iudicem contra reum, quem conuenit: & reus reconuenit actorem, actor vult desistere, reus cogit actorem ad persistendum.**
- 5. **Reus conuentus ab actore ad unum rem, potest actorem pro pluribus reconuenire.**
- 6. **Actor reconuentus à reo, an possit iudicem recusare.**
- 7. **Reconuentio q. non habeat locum in causa spoliationis, nisi fiat super alia spoliatione.**
- 8. **Reconuentio quomodo fiat distinguitur.**

Illud. Conuentio & reconuentio mox à principio corā eodē iudice fieri debet aliā cā cōuentionis finita reconuentio poterit fieri corā quocunq. iudice, antiqua cessante calūnia. h. d. Ex isto. §. sumit aut. & cōsequēter. C. de sentē. ¶ Op. & videtur q vbi hinc inde est debitū, fiat cōpensatio, nō reconuentio: vt Insti.

In c. j. Et ibi ad hoc vide Fel. in prin. col. j. ver. cōis est. Et qualiter reconuentio procedat: & an & qñ loz cū habeat, vide do. Soc. in cōs. xxxvij. incipit. pro decisione predicta. ver. lex tō p̄cipaliter mouet. circa fi. cū ver. seq. in d. j. parte. chart. lxxvj. & in cōs. xlj. incip. anteq̄ ad q. ver. sc̄do casu. cū ver. seq. in d. j. parte. char. lxxxi. & quod per eum in cōs. clxxij. incip. nō inuoluit sed necessaria. ver. sc̄do conclusio cū ver. seq. & in ver. circa septimam & vltimā. cū quinq̄ ver. seq. in ij. parte. char. xxxij.

de actio. §. bone fidei. So. dicit gl. super ver. habēs. intellige q̄ hoc debitū nō erat ligdū. Circa q̄ vide qd̄ no. gl. C. d. sen. l. cū papina. Soc. & ibi p̄ doc. ¶ Quoq̄ corā q̄ iudic. debet fieri ordinario. Dicit gl. prima q̄ corā iudice ordinario, & corā iudice delegato: de primo patet hic dū dicit, apud quēdā, & c. Et sic loquit̄ de iudice ordinario. De sc̄do patet ex ver. si vero forsan. j. eo. vbi iudex p̄t reculari. Et sic patet q̄ loquit̄ de delegato & c. Idē no. C. de sen. aut. & consequēter. in prima glo. Ex q̄bus iuribus dicit, qñq̄ conuentio & recōuentio fit super eodē negotio: & tūc secundū omne ius est idē: q̄a debēt fieri corā eodē iudice, ne causā cōtinentia diuidat: vt l. j. & ij. ff. de iud. ad eūdem iudic. & c. de iud. l. nulli. Qñq̄ cōuentio & reconuentio fit super diuersis rebus: et tūc aut actor cōuenit reū coram iudice ipsius actoris in certa quāitate: & tūc idē iudicē

cundū omne ius: q̄a reconuentio debet fieri apud eundē iudicē: vt l. i. idē. §. qd̄ si mutua. ff. de i. om. i. Qñq̄ actor cōuenit reū corā iudice ipsius actoris, quē p̄t euitare, p̄pter aliquā priuilegiū & tūc idē: q̄a apud eundē iudicē fiet reconuentio: vt l. ij. §. led & si agat. l. q. nō. ff. de iud. Qñq̄ actor cōuenit corā iudice q̄ nullo modo est ius iudicis: & tūc de iure veteri nō reperit̄ permissā reconuentio. sed p̄ ius Codicis introductū fuit: q̄a reus volēs recōuenire actorē p̄sistit hoc facere: nō tñ phibeat ire ad aliū iudicē d. l. cū Pa. hodie p̄ ius aut. imponit̄ reo necessitas, vt recōueniat apud eundē iudicē, si ipse reus vult agere, postea lite pendēte, vt hic. ¶ Quāro qualiter tractat̄ causa cōuentiois, & recōuentiois? Rñ. vt q̄ prior appellat, prior agat. Prius enim m̄debitur libello actoris reconuentiois. Sc̄do m̄debit̄ libello rei, & eadē inia postea terminabuntur. eadē intelligit̄. i. primō vna, postea alia. Predicta probant̄ in l. j. §. si. ff. q̄ sen. sine app. reic. in. & c. de cōpen. l. iij. & no. ff. de iud. l. q. prior. & c. de sen. aut. & consequēter. extra, de mut. pet. c. j. & tex. est & gl. extra, de ordi. cog. c. cū dilectus, & q̄ sit pena nolētis m̄dere mutua petitioni, dicit vt no. p̄ glo. in d. c. j. Sc̄dō ¶ Quāro, pone q̄ actor impetrauit iudicē delegatū contra reū & cepit eū cōuenire, reus recōuenit actorē: postea actor vult desistere: q̄rit̄ an reus p̄sistat̄ cogit̄? Nico. de Mat. dicit q̄ sic: q̄a iam est q̄litū ius reo: ergo & c. vt l. si post mortē. §. ff. bo. poi. cōtra Tab. Ita dicitur doc. in d. aut. & cōsequēter. in viij. q. ista fuit opi. Spec. p. d. l. si post mortē. §. ff. et per c. j. extra, de mut. pet. vt no. ipe in tit. de renun. §. j. ¶ Quāro, pone q̄ actor agit ad vnam rem: q̄ritur, an reus p̄sistat̄ reconuenire de pluribus rebus. Rñ. sic: istud probat̄ in c. d̄sp̄dia. de rescip. l. vj. & in c. j. extra, de mut. pet. & no. in c. ij. extra, eo. tit. ¶ Quāro, vtrū liceat actori cū reconuenitur à reo recusare iudicē, corā quo reconuenit. Quidā dicunt q̄ sic: vt hic: not. glo. super ver. forsan. idem quod hic not. in aut. offerat. C. de lit. contest. quod est verū: q̄a nō p̄t ipsum accusare propter aliquod priuilegiū, qd̄ cōmpeteret ipsi actori, p̄pter suam personā: secus si p̄pter priuilegiū causā quā intentat ipse actor. ¶ Nā si ipse actor egerit de spoliatione possessiois, hoc casu habet̄ exceptionē, si recōueniat: vt l. si qs ad se. C. ad l. iul. de vi publica. & l. fi. C. de cōpen. nisi reconuenitur super alia spoliatione, vt extra de or. cog. c. super. & in c. cū dilectus. eo. tit. possit etiā iudicē recusare in casibus not. per glo. in c. cū dilecti. extra de arbi. & iij. q. viij. c. j. §. cuius ius in agendo. & vide etiā quod no. in c. j. extra de mut. pet. ¶ Quāro qñ debet fieri ista reconuentio. In hoc sunt opi. Quidā dicunt ab initio in cōtinenti, & in ipia r̄sione vel parū ante, vel parū post, vt hic, ibi, mox em̄, & c. ista opi. tenet glo. hic, & in d. aut. & cōsequēter. Alij dicūt, q̄ p̄t fieri qñcūq̄ ante iniam. Et istud intelligūt, i. vsq̄ ad causā conclusionem: & ista opi. tenet gl. in c. j. extra de mut. pet. in ij. gl. Idē tenet Inn. in d. c. j. quid dicemus? Rñ. Aut reus vult q̄ causa reconuentiois simul tractet̄: & tūc vnietur cum causā principalit̄: & talis reconuentio potest fieri vsq̄ ad lit. contest. vel statim post, vel statim parū ante: & ita loquit̄ hic rex. & ista est prima reconuentio. Aut reus vult procedere secundū naturā conuentiois: non reconuentiois: & nō curat quod simul tractetur cum causā quam intentat actor, sed procedat iudicē

cundū naturam simplicis conuentiois: & tunc potest vsq̄ ad causā conclusionem. Ita no. doc. in d. aut. & cōsequēter in vlt. q. Ista opi. videtur probari in c. d̄sp̄dia. §. reus. de rescip. l. vj. inquantū dicit̄: reus pendēte iudicio p̄t agere per nomen cōuentiois. Ista distinctio probatur per gl. extra de ver. fig. c. fape. §. verum. in c. le. quod tene menti.

De æquali. do. & propter nuptias dona. Rubrica.

- 1. Aequalitas q. debet esse in dotibus & donationibus propter nuptias, in earum constitutione non in lucris: & an hodie seruetur? & nu. 6.
2. Si ex pacto de lucrando uxor nihil lucratur de donatione propter nuptias: uir non lucrabitur de pacto de lucrando dote.
3. Donatio propter nuptias soluto matrimonio q. redit ad uirum, sicut et dos ad uxorem.
4. Dote data per uxorem, an donatio propter nuptias dicatur ipso iure statim constituta.
5. Uxor q. nō lucratur fructus donationis propter nuptias: & ubi que utilitas erit mulieri.
6. Augmentum si fit à muliere, uir cogitur augere donationem propter nuptias.
7. Uxor in augmento facto per uirum, non praefertur creditoribus.
8. Confessio uiri cōfictis se habuisse centū nomine augmenti, nō praedicat creditoribus.
9. Dispositio huius constitutionis an habeat locum in creditoribus praeteritis: & etiam in futuris.
10. Dote augmentū factum à uiro uxori q. in dubio praesumitur factū in fraudē creditorū.
11. Mulier etiam si probaret per testes se fecisse augmentum in rebus mobilibus: tamen non habet priuilegium: habet tamen si creditores consentent. nu. 11.
12. Probatio per confessionē partis q. admittatur contra praesumptionem iuris, & de iure.
13. Maritus ut non possit dotem augere in rebus mobilibus, pro quanta quantitate debet esse debitor.
14. Notarius postq. h. dedit copiam instrumenti parti, illi non potest aliquid addere uel minuire, sine superioris autoritate.
15. Testis qui uult testimonium suum corrigere q. audiri non debet.
16. Celsio ut ualeat debet cedens uere habuisse pretium: nec suffiat confessio de recepto, sed debet probari pretium uere receptum.



Noniam. In dote & donatione propter nuptias constitutūda, et augmentis earum, æqualitas per oia seruari debet. Itē dote augmentum uerē nō fit de celebrari, qñ aut fraudari intelligit̄ ex tex. colligit̄. h. d. vsq̄ ad §. his consequens. ¶ In hoc prin. & in §. hoc igit̄. q̄ equalitas debet esse in dotibus & donationibus propter nup. nō solū in lucris, sed in constitutione, vt hic, & c. de pac. cōuen. aut. æqualitas. ¶ Et per hoc dicit gl. q̄ sicut ex pacto de lucrando interpolito. s. de dona. propter nup. vxor nihil lucrāt, nisi soluere fuerit parata: vt s. vt exac. in stan. do. §. si. econtra uir nihil lucrāt ex pacto interpolito super dote de lucrando, si nō soluit dona. propter nup. ita not. per hunc tex. & s. de non elig. sc̄dō nub. §. ff. in gl. mag. & hoc uoluit sentire gl. hic, super ver. uirū. ibi, & si alterutri & c. ¶ Sc̄dō per hunc tex. tenet gl. q̄ sicut sol. ma. dos redit ad mulierē, vt l. in rebus de iure dot. ita donatio redit ad uirū. Ita no. Infit. de don. §. est & aliud. & aut. dos data. C. de do. ante nup. & habuistis. vt exac. in stā. do. §. si. Et oia ista ponit tex. extra de dona. inter vi. & vxor. c. fi. ¶ Quāro, hic dicit̄ q̄ data dote cogitur uir dare dona. propter nup. quid ecōtra? an data dote sit ipso iure statim constituta donatio propter nup. vel debet agi vt constituat̄. De hac q̄ dicit vt no. gl. in aut. dos data. C. de do. ante nup. in j. gl. & ibi doc. tenēt opi. Mar. dicit̄, q̄ ipso iure est constituta, sed agit̄ vt iam constituta tradat̄. Circa quod vide C. de pac. cōuen. l. lege Leo. nis. in vlt. gl. quā intelligit̄ vt not. per doc. in aut. dos data. ¶ Quāro an vxor lucrēt fructus dona. propter nup. sicut uir dotē. Dicit̄ q̄ nō: q̄a sic dos nō seruaret oneribus matrimonij: qd̄ esse nō debet l. pro oneribus. C. de iud. do. Ita no. per gl. s. de nō elig. sc̄dō nub. §. vlti. & tangit̄ in d. aut. dos data. Quāro ergo, q̄ erit utilitas ipsi mulieri in d. do. propter nup. dicit vt not. in dicit̄ iuribus. & quod habuistis s. vt immo. antenup. don. in prin. ¶ Quāro an ista æqualitas hodie seruetur. Dicit vt in aut. æqualitas. C. de pac. conuen. ¶ Not. ex hoc tex. q̄ si alter cōiugum facit constantē matrimonio augmentū: & alter cogitur facere. ¶ Sc̄dō not. text. in ver. ne contingat. q̄ si vxor faciat augmentū nullo modo nocet creditoribus. Et sic habes q̄ si uir cōfictetur se habere centum nomine augmenti dotis, licet ista cōfessio noceat ipsi uiro: non tamen nocet creditoribus uiri: non habet vxor in illo augmento priuilegiū, vt creditoribus praferat̄: q̄a tale augmentū suspiciois nō caret, vt hic dicitur. ¶ Quāro de quibus creditoribus hic loquatur: an de praeteritis tantum, vel de futuris? Glo. quā est C. de do. ante nup. aut. sed iam necesse. dicit q̄ fortē habebit locum

cum tā in praeteritis quam in futuris, vt ibi no. in duabus gl. sed sed illa gl. videtur contra tex. illius aut. in n. dū dicit nullo vref aduerus alios creditores priuilegio: & sic patet q̄ vbi mulier facit augmentū uiro in rebus mobilibus, denegatur priuilegiū qd̄ habet mulier, q̄ creditoribus praferat̄. Ius uerō cōmune sibi nō denegatur: & sic posterioribus creditoribus praferat̄ & q̄ ius cōmune nō denegatur: no. d. aut. sed iam necesse. Præterea illa glo. videt̄ contra tex. l. j. C. de iud. ff. vbi distinguitur, aut uir est debitor, aut non. Nā uiro nō existente obligatio nulla est conuentio: nis suspicio, vt hoc §. in fi. ibi, erit circunuentiois & c. ¶ Itē videtur illa gl. nō bene loqui nisi tēpore augmenti poneret̄ aliqua in dicit̄ q̄ augmentū fuit factū in fraudē creditorū, vt l. sed si maritus. ff. qui & a quibus. tamē in dubio etiā praesumitur, vt dixi q̄ quid no. per docto. in d. aut. sed iam necesse. in viij. q. Et circa praedicta vide qd̄ no. Spe. in tit. de do. post diuor. resti. §. nunc de do. te. ver. & sic no. & in §. formatis. ver. quid si uir. ¶ Quārit gl. mulier facit augmentū dotis in rebus mobilibus uiro habenti creditores. & vult probare per testes q̄ uerē est illud augmentū ante. Si hoc est parata probare habet priuilegiū: dicit gl. super ver. priuilegiū. q̄ nō: quia est praesumptio iuris & de iure: cōtra quā nō admittitur probatio in contrariū. ¶ Sc̄dō quārit gl. pone q̄ creditores cōfictent̄ istā mulierē fecisse augmentū in rebus mobilibus, an ista mulier utetur priuilegio? Gl. hic sup. ver. scribat. dicit q̄ sic. ¶ Et sic no. ex his duabus glo. q̄ cōtra praesumptionē iuris & de iure, contra quam nō admittitur probatio in contrariū: a admittat̄ tamen probatio quā fit per confessionē partis. ¶ quod perpetuo tene menti. Idē quod hic no. Azo in sum. C. de do. ante nup. §. hac donatio. in fi. §. hic tenent doc. in d. aut. sed iam necesse. in v. q. & ibi alleg. hanc glo. ¶ Quāro in quanta quantitate debet esse debitor maritus, ad hoc vt augmentū dotis in rebus mobilibus fieri non possit. Dicit vt no. glo. in d. aut. sed iam necesse: & ibi per doct. in ij. q. Vltimō iste §. secundū Ia. de Bel. in ducitur ad duas q̄. ¶ Primō q̄ si tabellio fecit instrumentū, et dedit copiam partibus, q̄ nō potest aliud addere, vel detrahare sine superioris autoritate. ar. istius. §. in ver. si autem mulier. ibi qd̄ em̄ ab initio & c. & sic se pluries consuluisse dicit, inducit etiam pro hoc leos qu. ff. ad l. Cor. de fal. de ista q. dicit vt no. Spe. in ti. de instru. edi. §. postremo. ver. sed nunquid. ¶ Sc̄dō facit iste tex. q̄ si testis uult corrigere errorē suū postquā testimonij deposuit, nō debet audiri. dixi s. de testi. §. q̄a uerō saepe. & ibi no. ¶ Tertiō est in ar. iste §. secundū Iaco. de Bel. q̄ si est facta celsio pro certo pretio, & pretium cōfiteatur cedens re: cepissent uerō probetur illud pretiū solutū, nō ualeat celsio. Facit lab Anastasio. & l. per diuersas. C. man. Vnde dicit ipse si opponatur exceptio simulationis, oportet probari uerē pretium esset datum. De hoc est tex. cum gl. super ver. solutarum. in d. l. per diuersas. & probatur etiam in tex. in d. l. ab Anastasio. ibi dū dicit: & re ipsa persoluunt & c.

His consequens. Mulier priuilegijs dotalibus uti potest aduersus oēs creditores uiri: etiam si eorū pecunia res sit empta vel recepta: exceptis creditoribus quorū pecunia militia est empta. h. d. Quāro in §. isto his consequens. dicitur hic, & alius posterior & c. ¶ Vtrū mutuas in refectione praferatur mulieri, si mulier est posterior in tēpore. Gl. hic super ver. posterior. dicit q̄ sic. Idē probat̄ in l. asiduis C. qui po. in pig. ha. & l. interdū. ff. eo. tit. & in l. qd̄ quis. ff. de pri. cre. De qua tangunt doc. in aut. quo iure. C. qui po. in pig. hab. ¶ Quārit glo. an ille ex cuius pecunia est res empta, habeat illā re obligatā. Dicit vt in gl. super ver. agrū. Pro cuius glo. declaratio ne uide quod no. C. qui po. in pig. ha. l. licet. & aut. quo iure. co. ti. & l. interdū. ff. eo. tit. & l. qui in nauem. ff. de priu. cre. & l. quod quis eo. ti. Vltimō circa §. quia uerō. & huius uide quod habuistis. s. de exhib. reis. §. optimum. & quā ibi dixi. ¶ Dos data filiae à patre dicitur esse alienata ab omnibus bonis patris. ¶ Dos reuerfa ad patrem illam minuire non potest in praedictum filiae: nisi eius substantia esset diminuta. ¶ Dote an ratam habere debet filia quae non uult secundo nubere, sed uult ingredi monasterium, uel effecta est beguina. ¶ Pater qui dedit dotem pro filia, & stipulatus est dotem sibi reddi: an per hoc ius consolidationis perdat̄. ¶ Pater an alienare possit dotem filiae datam si est ad eum reuerfa. Dote à patre pro filia data, & in ipsius patrimonio reuerfa. nō licet

patri, cū filia secundō nubit eam diminuat, a remissū patris substantia fuerit diminuta: tūc enim secundū eius facultates dos erit cōstituta. h. d. ¶ No. tex. ibi: quia semel alienata & c. q̄ dos data filiae à patre, dicitur esse alienata ab omnibus bonis patris concord. ¶ sunt in glo. ¶ Quero quid addit iste §. & aut then. sed quamuis. C. de rei vxor. acti. ad ius antiquū: nonne idem erat de iure antiquo, vt l. si socius pro filia. ver. quod si salua. ff. p. foc. Rñ. d. l. si socius. dicit q̄ dos debet reuerfī ad patrem cū suo dnere, vt dotare possit: nō diem vt dotare debeat, & q̄ pater dotē ad se reuerfiam diminuire poterat. sed hodie per istū §. & aut. quāuis. dicit q̄ pater nullo modo diminuire possit, nisi in casu quando eius substantia esset diminuta, vt hic dicitur. Quero pone q̄ filia nō nubit secundō, sed intrauit monasteriū, vel non intrauit monasteriū, sed est effecta beguina: nunquid debet habere dotem, sicut si secundō nupsisset. Dicit vt per doc. in d. authent. quāuis. in iij. & v. q. ¶ Quāro pater dedit dotē p̄ filia, & eā est stipulatus sibi reddi: an per hoc perdat̄ ius consolidationis. Hic, & in d. aut. quāuis. videtur text. quod non. Videtis enim quod si dos redit ad patrem, b tenetur eam seruare filiae secundō nubenti. hac q̄ formatur. C. de rei vxor. l. actio. vna. §. uideamus. & ibi per doct. ¶ Vltimō quāro: an istā dotem reuerfiam ad patrem possit alienare pater. De hac q̄ dicit vt not. per docto. & glo. C. de iure dot. l. rem quā. & in d. aut. then. quamuis. ¶ Dominium rerum donatarum propter nuptias q̄ transcat ipso iure in mulierem. ¶ Celsio in quibus filia agit ad dotem sine patris consensu. ¶ Pater sine filia potest ad dotem agere: & etiam ipsi filiae agenti consentire. ¶ Vtrū quando dicatur inchoare malē uti sua substantia. ¶ Dos quando dicatur magna uel parua. ¶ Filia quo casu possit dotem profectitiam repetere sine patris consensu. ¶ Dos data socio potest repeti si ad inopiam uergat. ¶ Uxor marito ex bannito quando repetat dotem eidem datam. ¶ Bannitus an equiparetur deportato. ¶ Peregrinatio deducit quem ad mortem & paupertatem.

Illud quoque. Si filia cū fratribus uenit ad successio nem paternam, debet dotem conferre, aut tantō minus in sua portione suscipere, uiro existente locuplete, uiro autem ad inopiam deducto si mulieri potest imputari cū uir malē inchoauerit uti substantia q̄ dotē nō exegerit: tunc dotem cōferre debet, vel tantō minus accipere imputari aut potest in casibus hic expressis. alia si mulieri nihil imputari poterit, cur dotē nō exegerit, solā actionē licet inanē debet cōferre: his obtinētibus in oibus parētibus à quibus dos fuit perfecta si de eorū successione quārat. h. d. vsq̄ ad fi. ¶ No. hic tex. in ver. sicut sub p̄tate & c. q̄ rei donata p̄pter nup. transit dñū ipso iure in mulierē, vt hic dū dicit q̄ mulier p̄t tales res uēdicare, qd̄ no. p̄ gl. C. de iud. do. aut. donationē. ¶ Sc̄dō uerō not. sex casus in quibus filia p̄t agere sine patris cōsensu, si uir incipit uti malē substantia sua, uidelicet si ampla est dos à patre, vt hic in ver. si uerō maior. Itē si dos est aduentitia. Ita dicit gl. super ver. ualere. posita in d. ver. sicut in fi. Ita etiā uidet̄ in d. aut. qd̄ locū. C. de colla. que sumit ex isto §. & ibi expressē tenet hoc gl. licet in illa aut. uideat̄ de hoc dubitare, sed cum prima opi. cōcor. C. de bo. quā lib. l. cū nō solū. in gl. mag. Et hac opi. tenēt doct. in aut. qd̄ locū. circa quod uide quod no. in l. ij. §. qd̄ si in patris. ff. sol. mat. Oppo. ¶ ad hūc §. sicut sub p̄tate. & uidetur q̄ nō debeat agere filia cū cōsensu patris, sed ipse pater, vt l. si. vbi autē. C. de bon. quā lib. gl. hic ponit tres opi. & idē qd̄ hic no. gl. etiam in d. aut. quod locū. quā opi. firmat in lege cōtraria. vnde illa leges nō uident cōtrariae huic §. quia licet dicat filia posse actionē de dote

Et ibi ad materiam vide Bal. & d. Ale. de Imo. in d. l. ex facto. in vj. col. ver. extra gl. tigitur cu...

exercere cu consensu patris: qd nec ibi negatur fieri posse: in hic no excludit patrem actione de dote posse interare: imo permittit, vt hic in ver. sin aut illa. Ibi ille aut neque mouit, neq; consensit &c. No. qd hic dicit, mouit: & sic videtur poni i arbitrio patris...



Mouimus. Duo rei promittendi constituitur si adiectum fuerit vniquoq; in solidu teneri: quo casu vtroq; soluendo existere, & presente: quilibet conuenit pro parte, & negotiu coter examinatur: & fertur sententia. Sed alio non existente soluendo in totu vel in parte. vel si est abiens, conuenitur alter in solidu, vel in eo quo alter soluere non potest, & per iudicem ordinariu ad iudicem venire copellitur: his in futuris in oibus obtinerebus. h. d. No. ex hac costu. duo. Primu, modum exigendi duos reos debendi. Secundu no. in q. sin aut iudem q in vno & eode libello possunt conueniri plures rei debendi. qd intelligit siue conuenia quilibet pro parte, siue petam in solidu, hoc adiecto q vna solutio sufficiat. Ita intelligitur ibi: mox &c. & ibi: communiter aut inferre, &c. Ad idem C. eo. aut. hoc ita. q iuritur ex ista consti. Et q possint plures rei vno libello in solidu conueniri, dicendo in libello ita q vna solutio sufficiat, probatur in l. j. C. si plu. vna sen. coden. fue. vbi apparet q iudex potuit in solidu condempnare. ergo concluditur q in solidu erat actum in libello, vt sententia sit conformis libello: vt l. vt fundus. ff. com. muni diu. facit tex. cu glo. in l. si mandato Titij. s. Paulus. ff. ma. Hoc tenet Dy. ff. de lega. ij. l. si pluribus. & lac. de Are. in l. iij. s. j. ff. de duos. reos. facit l. in exec. s. in solidu. ff. de ver. ob. q. Quare gl. sup ver. cedere. quid in pluribus tutoribus, dicit vt in gl. & idem dicit gl. in pluribus fideiussori. & costu. qd dicit vt in gl. Sed contra hoc op. & videtur, q vbi sunt plures fideiussores, quilibet teneat in solidu: vt l. si. ff. de pup. salua fore. Sol. Aut loquimur in pluribus fideiussoribus: aut in alijs. Primo casu, aut sunt plures fideiussores vnus tutoris, & quilibet teneat in solidu: vt in lege contraria. Aut sunt plures fideiussores pluriu tutoru: & tunc quilibet conuenitur p parte beneficio diuisionis: vt l. si pupillus. ff. de adm. tu. Scdo casu habet locu qd dicit in gl. Quare gl. qd erit de iure antiquo, qn no erit hoc adiectu. & quilibet eoru teneat in solidu. Glo. super ver. sustinere. dicit q idem. Et sic not. ex hac gl. per hanc aut. iuri veteri nihil est derogatu in modo constituedi duos reos eo q olim & hodie erat necesse agi. q quilibet eoru in solidu teneat. Et sic lic. ista videtur velle, q hodie duo rei debendi constituitur eode modo quo olim. Gl. qd est ff. eo. l. ij. dicit q olim constituebant duo rei debendi siue expressis dicebat, siue tacite: sed hodie requirit q in solidu expressis teneant: alias licet: vt hac constitutione. & hoc tenet Azo in Sum. C. de duo. re. s. hodie sciend est. Tagit etia ff. e. ti. l. reos. s. cu in ta. Et hac opi. q hodie sit necesse q expressis agatur q in solidu teneant nec sufficit dicere q sint duo rei, nisi expse dicat q in solidu teneant. tenet Iaco. de Are. ff. eo. l. ij. s. ff. de ver. ob. l. stipulationes non diuidunt. in prin. & Dy. ff. l. reos. s. cu i tabulis sed contra tenet gl. videlicet q modo constituedi p ista constitutione nihil iuri veteri sit nouatu: sicut olim modo constituebant duo rei, ita et hodie. sed tm in modo exigendi. Ita no. insti. de fideiuss. s. si plures. in d. l. reos. s. cu in tab. ff. eo. & tangit in aut. hoc ita. i. ij. gl. C. eo. & ita tenent doc. ibi. in j. q. & hoc tenet Iac. de Bel. hic. & hic dicit in tex. si vero etia aliqd tale adijciat &c. dicit p hac verba expse, vel et equipollentia, sicut olim. Quare gl. sup d. ver. cerede. circa si. an beneficio huius constit. possit renuciari. Dicit vt in gl. & bene q sic. Idem not. in aut. hoc ita. C. eo. ti. s. vl. Quare hic glo. an per istam constitutionem, sicut quando sunt plures rei debendi quilibet p parte debeat conueniri ita eodra vt ibi sunt plures rei credendi, debeat eoru petitione diuidere: an poterit quilibet in solidu agere: sicut in l. ij. ff. e. Gl. dicit q non. Ex qua gl. not. q ista constit. & aut. hoc ita. non habent locu in pluribus reis credendi. qua gl. perpetuo tene mentu. Quare gl. super. ver. legibus. an per ista constitutione sint correcta iura qd dicunt q vno reo coueto alter non possit conueniri. Dicit vt in glo. Itē an sint correcta iura, que dicit q interruptio facta per vnu ex pluribus reis debendi, proficit: & an interruptio facta per vnu proficit alijs: Dicit vt in glo. Et circa primu vide quod no. Dy. & lac. de Are. in l. ij. & in l. reos. ff. de duobus. re. & qd no. Azo. in Sum. de duo. re. s. porro. q dicit. Circa secundu vide qd no. in l. lex duobus. ff. e. q. glo. distinguit. Aut sunt focij aut no. Si sunt focij facta lit. cote. ab vno ex duobus reis crededi ille preoccupat sibi debitum. adeo q alteri solui non potest. Ita habes in tex. in l. fideicomissa. s. ite si quis. ver. ple. runq. ff. de leg. iij. Itē gl. inducit huc tex. ibi: alterna fideiussor. in ar. ad q. q duo rei debendi inuicē fideiubeat. Hic glo. breuiter tangit,

tangit, & tigitur in l. reos. in princip. ff. de duob. re. & plenē per glo. in l. iij. in fi. ff. ad Velle. de quo no. per docto. in l. j. C. de duobus re. in j. q. & per Iaco. de Bel. hic. q. Vltimo quero tenedo opi. Mar. q duo rei videantur inuicē fideiubeo: an cu couenio vnū de duobus reis debendi, dabitur dilatio reo presenti ad presentandū reū absentē, sicut datur fideiussori ad presentandū principi palē: vt s. de fideiuss. s. j. Glo. hic super ver. absentes. dicit q no. & circa eā vide q no. glo. C. de fideiuss. auth. presente in j. gl. & qd no. Specu. in titu. de renun. & conclu. s. j. ver. quid si sunt.

De tempore non solutæ pecuniæ, super dote. Rubrica.

- 1 Exceptio non numeratæ dotis opponi potest tam à minore quam à maiore.
2 Exceptio dotis non numeratæ semel proposita est effecta perpetua, & ad heredes trahit.
3 Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ.
4 Rem suam alienare uel donare uidetur qui patitur suam rem prescribi.
5 Querela non numeratæ dotis proponi debet in scriptis: & proponitur etiam si proponenti nihil petatur.
6 Exceptio non numeratæ pecuniæ proponi debet in scriptis: & proponi etiam si apponenti nihil petatur, potest.
7 Confessio receptæ dotis factæ per maritum quando sibi preiudicat, ut apponi non possit de dote non numeratæ.
8 Exceptiones an sint in scriptis proponende remissiuæ.
9 Protestatio quando fieri debeat in scriptis.
10 Exceptio non numeratæ dotis an sit peremptoria uel dilatoria, remissiuæ.
11 Renunciari an possit exceptioni non numeratæ dotis: & non numeratæ pecuniæ, & cū imramento.
12 Istauerba à tempore nuptiarum qualiter intelligantur, remissiuæ ad glo.
13 Maritò minori consentienti se dorem recepisse, qualiter succurratur.
14 Restitutio q. competat etiam minori, licet sit tutus exceptione.



Mnes. Exceptio non numeratæ dotis, olim toto tempore matrimonij, & eo soluto intra annu cōpetebat: hodie verò si matrimoniu intra bienniu durat prædicta cōpetit exceptio: et etia eo soluto cōpetit intra annu: matrimonio vero soluto, vltra bienniu, intra decenniu dicta exceptio viro, & hæredibus eius cōpetit solūm vsq; ad tres menses, licet matrimonio post decenniu soluto, si vir est maior nullū habet remediū. Si verò est minor: tūc ei restitutio dat vsq; ad duodecim annos à tempore nuptiaru: hæredi autē eius maioru dat annus, sed si minor minoru, vel maioru successerit, quinquenniu ei dat: his in futuris tantū calibus obtinētibus: in pendētibus autē matrimonij s.

- 1 alia tempora statuunt. h. d. totus iste tit. No. ergo ex hac constitutione q exceptio non nume. pecu. dotis potest opponi tā à maiore quā à minore. Secundo no. ver. si vero maior. q femel hac querela proposita exceptio est facta ppetua, & ad hæredes trahit. mittit. Idē habes in excep. non nu. pe. vt C. de no nu. pe. l. si in tra. s. in autē. & l. cū vltra. e. ti. habes etiā de exce. no nu. dotis. l. in contractibus. in fi. eo. tit. habes etiā de vtraq; in l. si præses. C. de ep. au. Tertio no. in ver. vbi enim. licet q q patit rē suam præscribi, videtur, velle rē suā alienare, vel donare. Pro hoc de verb. sig. l. alienationis. ff. & C. de his qui à nō do. ma. l. vlti. Quarto no. ibi, cū testatione. q querela non nu. dotis, debet proponi in scriptis: & potest proponi etiā si cōtra pponētē nihil petatur. 5 Circa hoc qro qd in excep. no nu. pecu. hac q. format gl. in aut. then. hanc aut querelā. C. de nō nu. pe. & ibi loā. tenet q sic. Idē no. Insti. de ver. ob. in prin. de hac q. est casus in l. in cōtractibus. s. in omni. C. de nō nu. pec. vbi per omnia idē dicitur in excep. no nu. do. vbi etiā probatur q licet actor nihil petat potest reus illā querelā proponere. de quo no. gl. in l. si in tra. C. de nō nu. pe. cu. j. Secundo op. & videtur q qn maritus confiteor dote habuisse, et recepisse q nullo mō possit exceptio nō nu. do. opponere. vt in contractibus. s. j. C. de nō nu. pe. iol. veritas est ita: nā quandoq; vir cōfiteretur solutionē dotis ante correctionē instrumenti, vel in ipso instrumento dotali: & tūc habet locu ista constitutio. & l. in cōtractibus & prædi. aut. ibi posita. Quandoq; maritus factis instrumentis dotalibus, & recepta dotis promissione, postea ex interuallo confitetur dote sibi solutā. & isto casu talis confessio statim sibi præiudicat. Ita loquitur d. l. in cōtractibus. s. j. & hoc potuit velle sentire glo. sup ver. restō. dū dicit, & hic cōscripsit se dote &c. Et circa prædicta vide qd no. doc. in l. qd de suo. C. de do. cau. nō nu. j. Quarto hic dicit q querela debet pponi in scriptis: qd in alijs exceptionibus. ista q. format doc. in aut. hanc aut querelā. C. de nō nu. pe. Circa qd vide qd habes in ca. qm cōtra falsam. extra de probat. j. Sed quero, quid in protestatione,

an debet in scriptis proponi? Dic breuiter a qnq; pro testō succedit in loco actionis: & tūc debet in scriptis pponi, vt in l. vt perfectus. C. de an. exce. qnq; nō succedit in loco cū actionis: & tūc regulariter potest proponi in scriptis, vel sine scriptis, vt l. fi. C. de neg. gest. & in l. scire oportet. s. oportet. ff. de excu. tu. Fallit in protestatione q fit filio furio fieri, & q regulariter pro testamento potest fieri sine instrumentis: tagit gl. C. de pign. in l. pe. in glo. parua. hoc tenet lo. Mo. in ca. in generali. de re. iu. lib. vj. j. Quarto an ista exceptio sit peremptoria, vel dilatoria? Circa istā q. vide no. gl. Insti. de excep. s. appellatur. super verb. semper agentibus. circa fin. & per doc. in v. q. C. de pbat. & Spe. in ti. de exce. s. j. ver. exceptiones. j. An autē exceptioni nō numeratæ pecuniæ, vel nō nu. dotis possit renunciari? p iurē ita q po stea nō possit pponi. Dicit vt not. doc. in l. si ex cautione. in iij. q. C. de non nume. pecu. j. Quarto in ver. & si quidē dicitur hic q à tempore nuptiarum qualiter intelligant ista d verba. glo. hic super ver. nuptiarum ponit opinio inter Mar. & Bulg. Sed opinio mar. ti. ponit glo. hic in authentic. l. minor. C. de tempo. in integrū restitut. & ibi per doc. & per Iac. de Bel. hic. Vltimo glo. numerat lex specialia circa istū. s. quod dicitur in d. gl. & idem no. in d. aut. minor. vbi glo. addit septimū. quod dicit vt ibi. j. Quare gl. super dicto verbo resti. pone q maritus minor confessus est dote recepisse qualiter ei succurrat. Dicit quidā q nō habebit restōne cū habeat exceptionem de iure, sicut quilibet maior, sed hic loquit qn post confessionē dotaliū instforū maritus est confessus dote recepisse, quo casu maiori nullū remediū competit, vt l. in cōtractibus. C. de non nu. pe. minori verò restituo competit, prout hic dicitur. Gl. verò tenet oppositū, q loquitur qn an. confessionē dotaliū instrumentorū maritus minor confessus est dote recepisse: quo casu licet cōpetat exceptio de iure cōtra: tūc cōpetit restitutio; Et sic no. gl. j. q. licet minor sit tutus exceptione de iure communitū competit restitutio. Idem tenet glo. in l. in causa. la. ij. in prin. & s. Pōponius. hic alle. Istā opi. tenet Iac. de Bel. quicquid not. per glo. in l. iij. s. sed vtrum. ff. de mino.

Collatio octaua.

Neque utrum quod ex dote est, neque mulierem &c. Rub. Lucrum quod facit coniunx ex dote uel donatione propter nuptias, si non transit ad secundas nuptias, an sit suum. Lex bona, & aqua quando tolli possit per contrariam consuetudinem. Donatio propter nuptias soluto matrimonio, quod redeat ad virum, sicut dos ad mulierē.



Liquidem. Matrimonio soluto morte, dli uortio, vel bona gratia, lucrū dotis, vel donationis propter nuptias debet seruari liberis illius matrimonij, quo ad proprietatē vsufructu solo à lucratē retento, & idē quod ab altero cōiugū querit, retinet his obtinētibus in futuris calibus: et siue cōiuges ad scda vota nō trāsierint, siue nō. h. d. j. op. & vj. q. vbi cōiugū lucrās, ad scda vota nō trāsierit lucrū deat esse suum, vt s. de non eligen. secū nubē. s. Gregoria. & s. de nup. s. soluto. Sol iure C. si coniunx. transibat ad scda vota lucrū erat suū, vt l. generaliter. s. fi. & l. hac edictali. s. fi. & l. si q. prioris. C. de secū. nup. & idē erat per ius aut. per dictū. s. Gregoria. & d. s. soluto. nisi in casu videlicet qn transiens ad scda vota. lucrās habet filios primi & secūdi matrimonij: vt s. de nup. s. neq; illud. & ibi no. & C. de secū. nup. l. cū alijs postea superuenit ius istius cōstitutionis qd corrigi. s. Gregoria. & s. soluto. postea superuenit ius vt fra. fil. j. eo. quod corrigi istā cōstitutionē in nō transeuntibus ad scda vota, vbi statuit q lucrās nō transiens ad secūda vota habeat virilē portionē vna cū filijs de qua potest facere quicquid vult in transeunte autē ad secunda vota, hac cōstitutio & iura antiqua remaneret incorrepta, vt s. de nup. s. si verò exceptat. & ideo super d. l. generaliter. s. fi. posita est auth. vxorē.

De duobus reis promittendi. Rubrica.

Quare gl. Rubricæ, vnde dicat reus. Dicit vt in glo. rubricæ. & ff. eo. in rubri. per Azo. in summa C. de duo. reis. Sed veritas est quod reus dicitur à re. & ita dicit textus de verborum significat. in capitu. forus.

- 1 Plures rei debendi vno libello conueniri possunt siue in solidum, siue pro parte conueniatur: adiecto q. unica solutio sufficiat.
2 Plures tutores, uel fideiussores quando vno libello conueniri possunt.
3 Hodie per istam constitutionem in modo constituedi duos reos: q. nihil innouatur: sed in eo modo exigendi sic.
4 Beneficio huius constitutionis q. renunciari possit.
5 Dispositio huius constitutionis q. non habet locum in duobus reis credendi.
6 Hæc constitutio an corrigat iura q. dicunt q. vno reo coueto alter non possit conueniri: An corrigat quod dicitur q. interruptio facta per vnu ex pluribus reis debendi proficit. Duo rei debendi an inuicem fideiubeant.
7 Vno ex duobus reis conuenio present. an ei sit dampna dilatio ad præsentandum alterum absentem.

Non currit. Sed ab extra qro qd si appellas...

quæ sumit ex isto §. & post d. aut. posita est aut. si tamē q sumitur ex d. §. fi. vi. fra. fil. &...

opi. videlicet q appellas habet solū istud tēpus qd supererat de biēnio facti cōpromissi...

De testamentis imperfectis & c. Rubrica.

- 1 Testamentum in scriptis imperfectum inter liberos, an valeat: & quando, nu. 2, 3, & 4.
2 Instrumenta debent scribi claris & apertis literis, & an per signa.
3 Testamentum inter liberos probatur duobus testibus, etiam si unus: & sufficit fortuiti.
4 Fœmina potest esse testis in codicillis.
5 Rescripta contra ius elicta, an valeant.
6 De questione, an testamentum continens in se verba derogatoria tollatur simpliciter per secundum & c.

Constantino. Testamentum in scriptis imperfectum inter liberos valet, si per literas sciens propria manu claris literis & indubitatis per coniequentia, non per signa scripterit liberorum nomina, & numerum vnciatum, & signa rerum, & in eo legata, fideicommissa, & libertas relinquere poterunt: testamentum primum a testatore conditum non tollit, nisi testator & tale expressè declarat corā septē testibus illud testm non valere, & secū dū testm faciat perfectū, vel non scriptū perfectā volūtate. Itē diuisiones honorū liberis à patribus facta valēt. dūmodo ipsorū subscriptiones interuenierint, vñ ipsius patris subscriptione inter filios interueniente vel non. h. d. & c. Not. in ver. numerorum. q infra nō debent scribi p signa, sed claris & apertis literis, vt hic, & C. de test. aut. qd sine. Pro cuius declaratione dic q qdā iunt signa verificata, & cognita, vt pōnat x. p. decē, & c. p. centū: tunc talia signa possunt in instris apponi: & tale instrumentū pbat, vt l. quonies. §. ij. ver. sed si quis pro centum. ff. de heredi. insti. Fallit in casu huius consti. Fallit etiam in libris iuris ciuilibus, quæ etiam per talia signa visita scribi nō debent, sed licet literis claris & apertis: vt l. ij. §. pe. C. de vet. iur. enu. & in prima constitu. Codic. circa fi. Quædā sunt signa inuoluta, & incognita: tūc instrumenta scripta per talia signa, nec valēt nec probāt: vt l. i. ed. cū patrono. in ff. de bo. pos. Opp. & videtur, q testamentū imperfectū inter filios nō valeat nisi patris subscriptio, vel omnīū filiorum interueniat. s. de triē. & semil. §. & quod sæpe. posito. C. fami. erc. i. aut. si modo. Solu. Aut pater faciēdo testamentū solēne inter filios vult seruare solēnitatem hīc positam: & nō est necessaria subscriptio, vt hic. Aut eam non vult seruare: & tunc est necessaria, vt in contrarijs. Sed cōtra p̄dicta opp. hic videt q qn̄ pater facit testamētū imperfectū inter filios, nō sit necessaria solēnitās hīc posita, nec subscriptio, de qua loquitur hic §. vlt. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Sed dic q illā hōdie corrigit, per iura p̄dicta. Io. verō & Bul. & Azo, & quasi oēs glo. tenent, q aut loquimur in testamēto imperfecto nūcupatio fīēdo inter filios: & tūc etiam habet locū §. ex imperfecto. & l. fi. C. fa. erc. Aut loquimur in testō imperfecto in scriptis: & tunc habet locū hęc constō, & d. §. & quod sæpe. & per hoc est derogatum illi §. & d. l. fi. C. fa. erc. i. vt requiritur solēnitās illius §. & quod sæpe. vel solēnitās illius consti. & opi. istā tenet gl. hic, & in aut. si modo. C. fa. erc. i. & in aut. quod sine subscriptione. C. de test. vide quod no. la. de Bel. & iacob. de Rauē. in d. aut. in j. q. t. Quæro, an de iure antiquo valeat testamentū imperfectū inter filios: Glo. super verbo, valere. hic dicit q sic. Allegat l. peto. §. mater. ff. de lega. ij. Tu verō dic, q ibi erat per omnia perfectū, nisi quo ad tutoris dationem: & sic de iure antiquo non valebat testamentū imperfectum. Et hanc solu. ponit glo. in d. §. ex imperfecto. & eā approbat in d. l. fi. C. fa. erc. & reprobat opi. hic positā. Quæro, hic dicitur q duo requiruntur ad hoc vt testamentū in scriptis imperfectum inter filios tollatur per secundū. Pone q in secūdo testamento, quod pater facit instituit etiā filios: nunquid est necesse q pater illam solēnitatem seruet, ad hoc vt tollat istud testamentum. Vide gl. no. hic super ver. perfecta. & eam tene menti: licet loquatur sub dubio fortē. Ad quā glo. vide quod not. lac. de Bel. hic. & doc. C. de test. aut. hoc inter liberos. in j. q. vbi allegant hanc gl. & qd

Qd sic. Limita verū, nisi sit clausula: toties poena comittat, quoties fuerit cōtra factū, scdm Lap. & Card. in d. cle. qd. diu. Itē verū, nisi sit emologariū, vel approbatū laudū, latē vel expressē, vt per Bal. in d. aut. si tñ. al. se. in tex. in verbi. qd si arbitri. & Philip. in c. ex ratione. v. l. q. de app. xij. col. vbi vide omnino.

Tempus non eligendi non currit. Tempus appellationis exercende an incipiat currere à die appellationis interpositæ. Tēpus appellationis prosequēde prorogatur per cōpromissū. Dispositio huius constitutionis loquens in causa ciuili, habet locum etiam in causa criminali, de qua compromissum fieri poterat.

De appellationibus. Rubrica.

